vero oua facilis sunt digestiõis et leniunt pulmonē et pectus et vētrē lubricant et minus nutriūt q̄ tremula. Dura vero oua p decoctõem facta ad digerendū sunt difficilia et nutrimentum exhibent grossum et tarde a stomacho descendens et tarde penetratiuū. ¶ Notandū est insuper q̄ ex diuersitate p̄paratõis ouorum etiā acquiritur eis bonitas vł malicia. Aut em̄ sūt assata: aut elixa aut frixa aut i iure sunt cocta. Assata elixis grossiora sunt et ad digerendū duriora: q2 focus substantialez eorum humiditatē desiccat. Et fiūt duob9 modis. Aut em̄ cū corticibus inter calidos cineres ponūtur: aut in testis frangunt. In testis fracta peiora sunt alijs. Illa aūt que cū corticibus inter calidos cineres ponunt duob9 fiūt modis. aut inter cineres ponunt tota: aut super carbones partiz discoopta: que in cinerib9 ponuntur tota sunt peiora: q2 cū calor foci circulat fumositates retinet. Discoopta sup carbões posita fumositatē emittūt et mūda fiunt. Elixa in aqua meliores sunt q̄ assata: q2 aque humiditas calori foci in humiditate desiccanda repugnat. Et fiunt duobus modis. aut em̄ cū corticib9 elixantur: aut ītra aquā frāgunt. Cum corticibus peiora sunt alijs: q2 cortices p̄hibent dissolutionē fumositatūe grossiciei. In aqua fracta calor aque tēpate penetrat et grossiciē suā subtiliat et aufert sibi grauitatē sui odoris. Uñ hmōi laudabiliora sunt ceteris omnibus. Frixa ceteris peiora sunt: q2 pessimos generant humores et sunt stomacho morantia fumositatē et corruptionē inducentia et fastidiū facientia. In iure cocta inter assata et in aqua fracta sunt mediocria. Et ista colligunt ex ysaac in dietis vniuersalib9. Sciendū est etiā q̄ ouū diuersificatur fm ei9 ptes cōponētes. Naz vitellū i caliditate tempatū existit. Albumē vero frigidū est et viscosuz: dure digeritur. et sanguis etiā ex eo generatus nō est bonus. vt habet ex Rasi ẜtio almosoris. cap̄. de virtutib9 ouorum: Et sicut oua p̄dicta scz gallinarum pdicū et faseanorum sunt ꝯuenientia in regimine sanitatis: ita oua anatū anserum strutionū et similiū volatiliū minus ꝯuenientia sunt in regimine sanitatis: vel simpliciter euitāda. ¶ Secundū est vinū rubeū: pro quo sciendū q̄ vina diuersificant in colore. Nā quedaz sunt alba: quedā rubea clara: quedā citrina: et quedā nigra. Uina em̄ alba debiliora sunt ceteris minus calida et minus nutritiua verum sunt minus ledentia caput: et magis vrine p̄uocatiua et aperitiua. Qd̄ sint debiliora ceteris patet: q2 fm galienū sup primo canōe tertie particule regimīs acutorum Debile vinū est qd̄ min9 calefacit et minus replet caput. Cū g̃ vina alba min9 calefaciūt. et minus replēt caput ceteris: vt patebit debiliora erunt ceteris. Qd̄ aūt vina alba sunt ceteris minus calida: patet p galienū in ꝯmēto illius canonis tertie particule regiminis acutorum. de vino etem̄ albo dicētē. Nō ē possibile alicui ex vinis albis vt calefaciat calefactõe vehemēti. Et post ea subdit. Uinū āt albū ē minoris calefactionis omnibus vinis. Et istud est verum ꝯpando vina eiusdē territorij adinuicē et nō aliter: qm̄ vina rubea et ruffa gallicana nō sūt ita fortia nec ita calida: sicut sunt multa vina alba que repiūtur in alijs territo

rijs. Debet igitur fieri cōparatio inter vina eiusdē maneriei et territorij. Quod autē sint ceteris minus nutritiua patz per Galienū in cōmento illius amphorismi secūde particule amphorismorum Facile est repleri potu quam cibo dicentē. Vinū enim aquosum subtile atque albū vsualiter aque est vicinum: et illius virtutes vicianf ad nutriēdū vnde vrina prouocatur: nec corpus inde nutritur. Et similiter in cōmēto illius amphorismi eiusdem particule. Eorum que nutriunt dicit Galienus. Vinū aquosum minus dat corpori nutrimentū cuius liquor est sicut aqua subtilissima et color albus. Quod autē minus ledūt caput patz per Auicēnā tertia primi doctrina secūda. cap. de regimine aque et vini dicentē. Vinū vero albū et subtile calefactis est melius. non enim capitis efficit dolorem: sed fortasse humectabit/et capitis dolorē alleuiabit. Et idē etiam vult Galienus in cōmento illius canonis tertie particule regiminis acutorū. Potus autem dulcis. Ratio aūt quare minus ledūt caput est: quia minus fumosa et minus vaporosa sunt ceteris. Quod aūt magis sunt vrine prouocatiua et aperitiua patz per ypocratē in canone illo tertie particule regiminis acutorum. de vino etenim albo dicētē. Sed trāsitus eius scilicet vini albi in vesicā est facilior quam cuiuslibet alterius potus. cū quo etiā vim apritiuā habere dinoscitur. Et ex isto sequitur quod ista vina alba subtilia plus conueniūt quam alia vina calefactis siue a natura sicut colericis et sanguineis naturalibus: siue ab accidēte sicut calefactis ex ira vel mora in sole. Et similiter magis conueniūt studētibus qui debēt vti vino nō turbante cerebrum. Et similiter conueniunt habentibus cerebrū debile: siue naturaliter siue accidentaliter: quia habētes cerebrū debile ex forti vino faciliter inebriantur. vt habet Auicēna. tertia primi. loco preallegato. Et ergo si vti velint vinis fortibus necesse est ea fortiter limphare. Et similiter conueniunt habentibus epar calidū et stomachum calidum. et habitantibus in regione calida: quia calida vina in istis facerent estuatōnez. Vina vero rubea clara sicut beluensia calidiora sunt ceteris vt vult Galienus in cōmento illius canonis supra allegati. De vino etenim albo. vbi dicit: veruntamen cuius calefactio ex vinis est vehemēs: eius color est rubeus clarus. Et ista vina etiā nutribiliora sunt ceteris. vt habet Galienus in cōmento illius amphorismi preallegati. Facile est repleri. vbi dicit. Grossum vero et rubeum vinum nutribilius est ceteris. implens corpora cito obnoxia inanitioni. ¶ Et circa istud est intelligendum quod vina rubea dicūtur nutribiliora eo quod plus eorum in substantiem membrorū cōuertitur. Vina tamen nigra possunt dici nutribiliora ceteris. quia cōstantius dant nutrimētum et tardius a membris resolubile. Et isto modo dicit Galienus in commento illius amphorismi preallegati. Eorum qui nutriuntur quod vina grossa et rubea nutribiliora sunt quam aquosa: minus tamen quam nigra. Et isto modo etiam intelligitur dictum ysaac in dietis particularibus vbi vult quod vinū nigrū plus nutrit quam rubeum. Et ista vina rubea magis ledunt caput quam alba: et minus vrine sunt prouocatiua. Et hic est quod ista vina que fortia sunt habentibus debile cerebrum nō conueniūt vt di

ctum est. sed bñ ꝯueniũt habentibus forte cerebrũ: cũ forte cerebrũ vapores eleuat ad ipm nõ suscipit. vt dicit Auicẽna tertia primi. cap. prea l legato. Et circa istud est sciendũ ꝙ ingenium hominis fortis cerebri magis clarificat᷑ ꝛ acuitur si bibat vinũ bonũ ꝙ̃ si nõ biberet. vt vult Auicẽna tertia primi. cap. ꝑallegato. Et rõ est quia ex bono vino plusꝙ̃ ex quocunqꝫ alio potu generant᷑ et multiplicant᷑ spiritus subtiles clari ꝛ puri. Et inde est ꝙ theologi ꝯtẽplari soliti circa altissima bona vina diligunt Et scḋm Auicẽnã ibi. Ista vina valent hominibus frigide cõplexionis ꝛ fleumaticis. Talia nãqꝫ vina corrigũt lapsuꝫ frigiditatis cõplexiõis: ꝛ aperiũt opilatiões euenire solitas frigidis fleumaticis ꝛ digerũt fleumata cooperantia ad cõuersionẽ eoꝝ in sanguinẽ: ꝛ digerunt᷑ faciliter ꝛ cito penetrant ꝛ ꝑbent alimẽtũ mũdũ ꝛ spiritus plurimos. ¶ Vina ꝟo citrina minoris calefactõis sunt ꝙ̃ rubea clara vt vult Gallienus in cõmẽto illius canõis ꝑallegati. De vino etẽ albo. maioris tñ calefactõis sũt ꝙ̃ alba. ꝛ ergo etiã magis sunt caput ledẽtia ꝙ̃ alba. vt vult gallenꝰ in cõmento illius canonis preallegati. Potus autẽ dulcis. Et ista vina etiã minus nutritiua sunt ꝙ̃ rubea: magis tamen ꝙ̃ alba. Et apud quosdã ista vina etiam vocantur alba. Et hinc est ꝙ aliqui dicunt ꝙ vina alba cito calefaciunt multum. Vina vero nigra sunt miõris calefactionis ꝙ̃ citrina. ꝛ ergo etiaꝫ minꝰ ledunt caput ꝙ̃ citrina. Sed quia tardioris descensus sunt in ventrem ꝛ minus vrine ꝓuocatiua ꝙ̃ alba. magis ledũt caput ꝙ̃ alba vt habet Gallienus in cõmento illius canonis ꝑallegati. Potus autẽ dulcis. Et sunt ista vina etiã plus nutritiua ꝙ̃ alba ꝛ citrina: minꝰ tamen ꝙ̃ rubea vt predictum est. ¶ Tertium est sorbilia facta ex iuribus carniuꝫ ꝛ maxime ex brodio pullorum. Talia eñ brodia nature humane sunt amica: ex quo facilime in sanguinem sunt mutabilia: ꝛ bonum sanguinem generant. Et maxime duꝫ fiunt ex simula. i. ex subtilissima parte farine: quia simula ꝛ maxime tritici multuꝫ nutritiua est et bonum nutrimentum affert: vt haberi potest ex Rasi tertio almasoris. Et ista tria predicta ponit Auicenna secunda primi. doctrina scḋa. summa prima. cap. xv. in fine. vbi dicit. Exemplum subtilis multi nutrimenti boni chimi. i. humoris est ouoꝝ vitelli ꝛ vinũ ꝛ aqua carnis. Et ex isto ꝯcludit᷑ ꝙ ista tria sunt de genere naturã humanã maxime cõfortãtiuꝫ.

Nutrit ꝛ impinguat triticum: lac: caseus: infans.
Testiculi: porcina caro: cerebella: medulle.
Dulcia vina: cibus gustu iocundior: oua.
Sorbilia: mature ficus: vueqꝫ recentes.

¶ In hoc textu tanguntur duodecim res: corpus humanũ nutriẽtes ac impinguantes. Quaruꝫ ꝑma est triticum. i. panis ex tritico. de quo dicit auicẽna secundo canonis. cap. de pane. ꝙ impinguat velociter ꝛ maxie de frumento nouo. Rasis vero tertio almasoris de tritico dicit. Triticuꝫ temperamento vicinum est: licet caliditati parum attineat. Quod auteꝫ

ponderosius ꝛ solidiꝰ inuenitur maioris est nutrimēti. Omnibus quoqȝ hominibꝰ alijs granis pficiens magis pꝓpriū inuenitur. Sanguis etiaȝ ex eo generatus omni sanguine q̄ ex alijs generatur granis temperatior est. Et seq̄nti cap̄. dicit. Panis qui ex tritico fit plurimū hoibus cōuenientior est. ¶ Circa electionē aūt tritici sciendū est ꝙ electio eiꝰ potest sumi vno modo ex pte substātie ipsius. alio modo ex parte p̄parationis eius. Electionē aūt eius ex parte substantie ipsius ponit Auicēna secūdo canonis cap̄. de frumento dicens. Melius est illud quod est mediū inter duriciē ꝛ caritatē magnū pingue recens. i. non nimis antiquū: planum qḋ est inter rubedinem ꝛ albedinē. Frumētū vero nigꝝ mali est nutrimēti. Rasis vero supaddit ponderositatē eius sup electiōe eius. Circa electōem vero eius ex parte p̄parationis eius sciendū est ꝙ omnia q̄ sunt ex farina tritici frixa tarde a stomacho descendunt: generāt grossos humores/ opilant vias epatis/ augmentāt splenem. ꝛ generant calculū/ multū nutriūt si digerātur. Triticū vero elixuȝ est cibus grauis ꝛ īdigestibilis: sed si digerat᷑ fortiter nutrit ꝛ roborat virtutē. Sed triticū sub forma panis bn̄ fermētati ꝛ assati in clibano moderato igne est electꝰ cibus Et oīa ista colligūtur ex Galieno p̄mo alimētoꝝ. ¶ Secūda res est lac. ꝛ pōt istud intelligi de lacte ebutirato: quod apud medicos adoc. dicitur ꝛ apud cōmunes balbuca. Balbuca em̄ recēs si comedatur cū pane recenti siue calido ei imposito maxime impinguat. Potest etiam intelligi de lacte caprino quod etiam multum nutrit. de quo prius latius dictuȝ est ibi. Persica poma pira ¶ Tertia res est caseus infans siue recēs. de quo dicit Auicēna secundo canonis cap̄. de caseo. ꝙ est nutritiuus ꝛ impinguatiuus. Et licet recens nutriat ꝛ impinguet: in regimine tamen sanitatis non cōuenit. qꝛ sequuntur ex eo nocumēta prius dicta ibi. Persica poma pira. ¶ Quarta res est testiculi. Et istud maxime intelligēduȝ est de testiculis galloꝝ impinguatoꝝ. de q̄bus Auicēna scđo canonis capitulo de testic̄lo. dicit ꝙ sūt valde boni nutrimēti ꝛ plurimi. Et quarta primi. cap̄. pr̄o de eis dicit ꝙ in modica quātitate multū nutriūt. Et potest istud etiam intelligi de testiculis porcoꝝ multum pinguium nondum coeuntium. sicut em̄ porcorum caro ea aliorum animaliuȝ quadrupedum melior existit. ꝛ hoc quo ad hoc quod est nutrimētum p̄bere magis irresolubilius ꝛ corpori humano similius. sic etiam ꝛ porcoꝝ testiculi respectu testiculoꝝ aliorum animalium quadrupeduȝ. ¶ Et est hic diligenter notandum ꝙ testiculi animaliū pueccoꝝ in quibus est iam fermentatum semen ꝛ generatum nō sunt boni nutrimēti: sed testiculi animaliū iuuenū adhuc nō coire potentiū quibus adhuc nō est sperma fermentatum: sunt satis laudabilis nutrimēti si bene digerant᷑. Et de istis etiam intelligitur dictum prius. ¶ Quinta est caro porcina: de cuius electione ꝛ effectu satis ample dictum est prius ibi. Persica ꝛc. ¶ Sexta est comestio cerebroꝝ. Pro quo sciendū est ꝙ cerebꝝ est stomacho malum nauseatiuū/ deiectiuuȝ appetitus/ ꝛ grossi humoris generatiuum.

Verum tñ est ꝙ si bñ digeratur alimẽtũ dat corpori notabile: sed nullo modo comedi debet post alios cibos. Bonum autem est ꝙ cum organo vl' calamento vel cuz aliquibus obtemperantibus eius viscositatez ꝛ frigiditatez in quib⁹ sit virtus incisiua ꝛ calefactiua paretur. Et cauẽdum est ꝙ si comedatur ꝙ primitus assetur super carbones. Et est aduertẽdum ꝙ nõ ꝓfert illis quibus frigide solent aduenire egritudines: sed bene habentib⁹ cõplexionẽ calidam. vt vult Rasis tertio almasoris. cap. de virtutibus membrorum animalium. Et breuiter parꝝ ꝓuenit in regimie sanitatis. sed aliquando bene ꝓuenit via medicine sicut cerebꝝ capriolorꝝ ꝓueniens est cõtravenena ꝛ ꝯtra morsum venenosorꝝ. ꝛ cerebrum leporis ꝯtra tremorem. ꝛ scđm quosdam cerebꝝ pullorꝝ ꝛ caponũ ad memoriam ꝛ subtiliationem ingenij conferunt. ¶ Circa electionẽ tamen cerebrorum sciendũ est ꝙ meliora eorꝝ sunt cerebra volatiliũ: ꝛ ꝓprie mõtanorꝝ: ꝛ ex cerebris quadrupeduz cerebrum arietis: deinde vituli. vt vult Auicẽna secundo canonis cap. de cerebro. ¶ Septima est medulle que multi sunt nutrimenti si bñ digerantur: ꝓut dicit Auicẽna secundo canonis. cap. de medulla. Et etiam facile in sanguinez ꝯuertuntur. Hoc tñ malum faciunt ꝙ deiciunt appetituz atqꝫ nauseam inducunt. ꝛ ergo auicẽna docet eas comedere cũ piperibus. Et etiam aliqui eas preparãt cuz citonijs ꝛ pastillis vt faciunt leccardi. Et ꝓ electione earum dicit Auicẽna ꝙ cõuenientior est medulla vitulorꝝ ꝛ cerui deinde tauri: ꝛ postea caprarum: deinde ouium. Et ſm aliquos medulle taurorꝝ iuuenum ꝛ pinguium multum ꝯuenientes sunt. ¶ Octaua est dulcia vina: de quib⁹ posterius dicetur ibi. Sunt nutritiua. ¶ Nona est cibus gustu iocũdior. qꝛ talis maxime nutrit. Juxta illud ypocratis secũda particula amphorismorꝝ dicẽtis. Parum deterior cib⁹ ꝛ potus delectabilior quidẽ melioribus magis delectabilis est appetendus. Et galienus in cõmento illius ait. Ois eñ cib⁹ sapidus in q̄ quisqꝫ delectatur cũ accipitur a stomacho cõplexus retinetur: ꝛ cuz magna delectatiõe digeritur: plusqꝫ alius qui si sit abhominabilis fugit vnde vomitus fastidiũ inflatio rugit⁹ generantur Et hinc est ꝙ aliqui melius valent cũ malo cibo q̄ꝫ cũ bono: quia maiorem delectationem habẽt in malo. ¶ Decima est oua sorbilia que in modica quantitate etiam multuz nutriunt. de q̄bus etiã dictũ est supra ibi. Oua recẽtia. ¶ Undecima est ficus mature que ꝓꝑ suã dulcedinẽ multũ nutriunt ꝛ impinguant. Circa istud tamen sciendũ est ꝙ lꝫ nutrimentũ fic⁹ nõ existat ĩ robore nutrimẽti carnis ꝛ granorꝝ: est tñ vehemẽtioris roboris q̄ꝫ nutrimentũ oĩm fructuum. vt vult Auicẽna secũdo canonis capitulo de ficubus. Et ibidem etiam dicit ꝙ ficus est nutribilior ceterꝭ fructibus. Et idez vult Auicenna tertia primi. cap. de regimine eius qđ comeditur dicens: ꝙ inter fructus/ fructus magis nutritiui ꝛ similiores ꝛ propinquiores carnibus in nutriendo sunt ficus et vue valde mature et dactili. Circa electionem vero earum sciendum est ꝙ secũdũ Auicennaz secundo canonis. cap. de ficubus. Melior est alba qꝛ leuior. deinde

rubea siue citrina. et deinde nigra. Et que vehemēter matura est melior est et pxima ad hoc vt non noceat. Item humide et recētes ficus magis et velocius nutritiue sunt q̃ sicce: et citius transeūt de stomacho ad epar et magis humectant epar: et magis lenificāt q̃ sicce. Verū sicce sunt minus inflatiue et magis stomacho conuenientes q̃ humide. Et de siccis dicit Auicenna loco preallegato. Sicca quidem in suis operationibus est laudabilis: verum sanguis ex ea generatus nō est bonus. et propter hoc facit pediculos: verum si sit cuz nuce: tunc eius chimus id est humor fit bonus et post nucē cū amigdala. Et postea dicit q administratio sicce cū ieiunium adest est mirabilis iuuamēti in aperiendo vias cibi. et pprie cū nuce et amigdala: cū tn̄ eius nutrimētū cuz nuce sit plus q̃ cū amigdala Et cōueniunt vtreq ficus in hoc q in ipsis est inflatio et lenificatio et expulsio supfluitatū ad cutem: et prouocatio sudoris et remotio asperitatis gutturis: et mundificatio et lenitio pectoris: pulmōis et canne eius et apertio opilationum epatis renum et splenis. ¶ Duodecima res vua recens id est vua dulcis et bene matura. Pro quo sciendū q vua est triplex. Nā quedam est immatura: et acerba: et fit ex ea agresta. et ista stringit ventrez et coleram rubeam reprimit atq sanguinem. Et multum valet in fluxu ventris colerico. Alia est matura viridis et recens: ex qua fit vinum. Et ista specialiter quando est alba et sine nucleis et cortice/ventrem laxat: et ceteris fructibus plurimi et melioris nutrimenti existit sicut et ficus minoris tamen nutrimenti est q̃ ficus vt habet Auicenna secundo canonis. capitu. de vua. Verum est tamen q ventositatem generat et inflationes et ventris dolorem. Et si remanserit per duos dies vel tres post collectionem suspensa donec cortex detumescat: melius nutrit et minus laxat nec tātum inflat. Et habētes stomachū plenū cibo et immūduz malis humoribus nullo mō comedant vuas et specialiter recētes et sine arillis. velociter em̄ in stomacho imūdo corrūpuntur: et in stomacho pleno cibis quia nimis cito digeruntur: et non poterunt exire de stomacho post earum digestionem propter cibum nonduz digestum. quare tunc in stomacho corrūpunt. et aliū cibum corrumpunt. Et similiter etiā intelligēduz est de alijs fructibus laxatiuis. Et si aliquis velit sumere vuā viridē et recentē bonū est q primitus infundatur in aqua feruenti per horaz. et deinde ponatur in aquaz frigidam et post sumatur. Rasis vero tertio almasoris de vua recenti et specialiter dulci dicit q cito corpus impinguat et augmentat erectionem virge. Et vlterius dicit q illa vua que est subtilioris coru. id est corticis citius descēdit a stomacho. Illa vero que est grossioris tardius. Alia est vua sicca que passula vocatur. et ista licet ponatur et numeretur inter equalia. parū tn̄ caliditati attinet: et bn̄ nutrit secūdum Rasim loco pallegato: et cōfortat stomachū: et epar scd̄m auicennā loco pallegato: et opilatiōes remouet. Et dr̄ q epar impinguatur ex eis et maxime si mundent ab arillis. Et sic textus predictus potest intelligi de vua matura recenti: et de vua sicca que passule dicitur.

Vina probantur odore: sapore: nitore: colore:
Si bona vina cupis: hec tũc probantur in illis.
Fortia: formosa: fragrantia: frigida: frisca.

¶ In hoc textu ponũtur quatuor generalia: quibus vina probãtur Pri mũ ẽ odor. Vinũ eĩ boni odoris siue redolẽs m̃ltiplicatiuũ est spirituũ subtiliũ. Et scd̃m cõstantinũ. q̃nto theorice. bene nutrit ꝛ bonũ sanguinem generat. Vinũ vero fetidũ abhominale est nature humane spirit⁹ grossos ꝛ melãcolicos generãs. Et scd̃m ↄstantinũ q̃nto theorice malum sanguinem ꝛ capitis dolorẽ ex malo fumo caput ascẽdẽte generat. Galienus vero tertia regiminis acutoꝝ. cõmento primo loquẽs de diuersitate vinorũ ex odore dicit ꝙ ex vino est boni odoris est melioris chimi id est humoris. ꝛ scd̃ꝫ illud est multitudo q̃ iplet ex eo caput qđ est: quia est subtilius ꝛ calidius. quod aũt ex eis est mali odoris secundũ maliciã chimi generati ab eo erit pausitas lesiõis eius in capite qđ est: qꝛ est frigidius ꝛ grossius. Illud autẽ cui penitus nõ est odor non facit oĩno aliquid accidere in capite: quia est vehemẽter grossum. Secundũ est sapor: sicut enim cibus sapidior melius nutrit ꝛ melius a stomacho amplectit̃ vt dictum est in sententia p̃cedenti. ita ꝛ vinũ. Circa istud tamen est sciẽdum ꝙ vina in sapore diuersificantur. quedaꝫ eñ sunt dulcia alijs nutribiliora grossum sanguinem facientia: ꝛ vẽtrem humectantia ad digerẽdum dura. ꝛ sitim generantia. Alia sunt põtica siue stiptica stomachuꝫ confortantia/ vẽtrem constipantia: pectori ꝛ sue pertinentie sciꝫ pulmoni ꝛ cãne eius nociua: intestinis ↄgrua ad digerẽdũ dura. Alia sunt acerba que sunt diuretica id est vrine ꝓuocatiua: grossos humores nõ generantia sed dissoluentia. Alia amara minus calida. vt habet constantin⁹ quinto theorice. Tertium est nitor siue resplendentia que indicat super subtilitate vini. ꝛ sic ex conseq̃nti super subtilitate spirituũ ex ipso generatorum. Quartum est color. Ex parte eñ coloris vina diuersificantur in nutritiõe. Vina eñ rubicũdiora ceteris paribus magis nutribilia sũt albis. ꝛ ideo plus cõueniunt macris q̃ꝫ alba. Alba tamen plus cõueniũt pinguibus. Et de ista diuersitate vini ex colore dictũ est prius ibi. Qua recentia. Deinde in textu ponunt̃ quinqꝫ specialia quibus probatur bonitas vini. Primum tangitur cum dicitur fortia. Fortitudo eñ vini cognoscitur ex effectu. Vinuꝫ eñ forte est quod calefacit corpus vehemẽter replẽs caput secundũ Galienum cõmento primo tertie particule regiminis acutorum. Istud enim vinuꝫ maxime spirituum est multiplicatiuum ꝛ multuꝫ nutritiuum. Caueant tamen ab illo nisi sit limphatum qui sunt debilis cerebri: quia magna effumatio ab ipso ad cerebrum ipsorum perueniret: ꝛ ip̃m lederet. Secundũ tangitur cum dicitur formosa. Vinũ eni formosum siue pulchrum: quia cũ maiori appetitu sumit̃ melius digeritur ꝛ melius nutrit. Tertium tangitur cũ dicitur fragrantia. Vinum enim fragrãs siue bene redolens maxime confortatiuũ est:

et spirituuz subtiliũ generatiuũ vt dictũ est. Quartũ tangit cũ dicit frigida. Nã vinũ debet esse frigidũ quo ad actũ: nõ autem quo ad effectum Vinũ aũt calefactuz cuz sit rarius et subtilius citius inebriat/ neruos debilitat: et caput ledit: nisi in modica q̃titate sumptũ fuerit. Quintũ tãgitur cum dicitur frisca. Vinũ enim bonum debet esse friscuz siue leue qđ spumando sonũ facit: et habet spumã tenuẽ de facili labilem et in medio existentem. siue quando in eo mouẽtur athomi. Vinũ enim nõ istius dispositionis pendulum dici debet et maxime si nõ sonat vel corpora athomalia nõ habeat. vel debet dici debile vel limphatum si spumam habeat cũ magnis ampulis: vel ad latus cyphi spuma diu maneat.

Sunt nutritiua plus dulcia candida vina.

¶ In hoc textu ponitur vnũ documẽtuz de vinis. Et est q vina cãdida et dulcia ceteris paribus plus nutriunt reliqs vinis. et istud voluit Constantinus loco p̃allegato. et idem vult Auicẽna tertia primi. ca. de regimine aque et vini. vbi dicit. Vinũ quoq grossuz qđ est dulce est melius illi qui vult esse pinguis. Et rõ est q vina dulcia vehemẽter a mẽbris attrahuntur ꝓpter eoꝝ dulcedinẽ cui natura cõgaudet. Nã dicit auicẽna scđo canonis tractatu primo. capitulo tertio. Operatiões aũt dulcis sũt digestio et lenificatio et multiplicatio nutrimẽti et natura diligit ipsum: et virtus attratiua attrahit ipsum. Et licet iste textus verificetur de omni vino dulci: eligibile tamen est vinũ moderate dulcedinis: et non dulce in summo sicut vinum quod vulgo muscadellum siue muscadetũ dicitur: quia tale corrumpit sanguinez. Cuius ratio est: q natura rapit auide tale vinum a stomacho ad epar plusq̃ digeratur quod in eo est vtile chilificationi: et anteq̃ maturet eius suꝑfluitas ꝓpter delectatõem eius maximam in cõnaturalitate dulcium. et sic replet sanguinem aquositate indigesta ex qua redditur aptus ebullitioni et putrefactioni. Et istud etiã intelligẽdũ est de alijs cibis dulcib9 in summo. Pro maiori noticia sciẽdum est q ex vsu vini dulcis et alioꝝ nutriẽtiũ dulciũ tria timẽtur nocumenta: et maxime his qui ad ea ꝓni sunt. Primũ est fastidiũ ꝓpterea q dulcia suis caliditate et humiditate leniũt: et applanãt orificiũ stomachi inducentia illic dispositões cõtrariã inanitioni et corrugationi illius que sunt causa famis. Secundũ est velocitas inflammatõis eoꝝ et cõuersionis in coleram. nam res dulces ꝯueniẽtissime sunt in generatione colere. Et ꝓpter hoc mel plus oĩbus rebus generat colerã: qm̃ ipsuz est dulce oĩbus rebus et post ipsum vinũ dulce: vt hꝫ Galienus in cõmento illius canõis tertie particule regiminis acutoꝝ. mentẽ leuius ꝑcutit. Et hinc est q inducit sitim: nec cõuenit febricitãtibus. nec etiã colericis. vt ibidẽ dicit Galienus. Tertiũ est opilatio epatis et splenis: q dulcia trahunt ab eis cũ fece sua ꝓpter magnam delectationẽ quã habent in eis et maxime epar anteq̃ digerant. quare illic leuiter inducũt opilatões cooꝑante ad hoc substantia grossa in qua fundatur sapor dulcis ſm Auicennam secundo canonis. tractatu primo. capitulo tertio. Et hinc est q

vinū dulce minus est vrine ꝓuocatiuū q̄ȝ alia vina. Et cōtra ista tria no
cumenta summe valent acetosa: quia appetitū sua acetositate ꝓuocāt:
ꝛ sua frigiditate inflammationē ꝓhibent: ꝛ subtilitate sue substātie opi
lationes aperiunt. Notandū insuper ꝙ licet vina dulcia ꝛ alia nutrimē
ta dulcia opilent epar ꝛ splenem: deopilant tñ ipm pulmonem. Et ratio
quare nō opilant pulmonem sicut epar ꝛ splenem est: quia a dulcibus ī
transitu suo per mery nil nisi subtile ad ipsum resudat. ꝛ sanguis genit⁹
ex rebus dulcibus ad pulmonē venit iā purificatus in epate prius ꝛ in
corde subtiliatus. Et istud vult Galienus in cōmento illius canonis ter
tie particule regiminis acutoꝝ. Dulcis potus. Item vina dulcia minus
inebriant scd̄m ypocratē. tertia pticula regimīs acutoꝝ. canōe illo. Mē
tem leuius ꝑcutit q̄ȝ reliqua fortiora vina. Ex p̄dictis ꝯcludi potest ꝙ si
bibatur vinū ratione nutritionis corporis restaurationis ꝛ impinguatio
nis: sicut ꝯtingit in his qui macri sunt siue naturaliter siue accidētaliter:
tunc cōpetunt vina dulcia ꝛ grossa sufficiēter colorata. talia em̄ vina sūt
sufficienter nutritiua ꝛ deperditi restauratiua. ꝛ corpoꝝ impinguatiua:
vnde cōuenientiora sunt ad impinguandū corpora macra. Et per oppo
situm si intendamus nō nutritionē nec depditorum restaurationem nec
impinguationē: vt ꝯtingit in his q̄ sunt multum carnosi ꝛ pingues. tūc
vina subtilia non dulcia sed sapore amicabilia odorifera ad albedinē de
clinantia sufficienter fortia eligenda sunt. Si vero detur vinum ad sitis
extinctōem: tunc vinū album subtile debile est eligibilius. tale em̄ vinū
magis humectat ꝛ infrigidat. ꝛ per ꝯsequens melius extinguit sitim. et
quanto sitis est maior tanto male vinū est ꝯuenientius. Si vero vinum
detur ad spirituū cōfortationē ꝛ reparationē ꝛ virtutis cōfortationem:
tunc debet dari vinū subtile odoriferū: saporis/delectabilis/mediocris/
coloris sufficientis/fortitudinis. ꝛ tale vinū debet sumi cū pauco cibo ꝛ
debet esse depuratū ab vtraqȝ supfluitate. ꝛ dȝ sumi in pauca quātitate
Si vero aūt itēdam⁹ pectoris ꝛ pulmōis mūdificationē ꝛ vētris laxatio-
nē: tūc vina mediocris substātie sapore dulcia sunt magis eligibilia.

Si vinum rubeum nimium quandoqȝ bibatur
Venter stipatur: vox limpida turbificatur.

¶ In hoc passu ponuntur duo nocumenta nimie potationis vini rubei.
Primum est ꝙ nimia bibitio vini rubei constipat ventrem id est duros
facit secessus seu difficulter habere egestiōem. Cuius causa secundum
aliquos est quia tale vinum rubeum plus ceteris paribus est calefacti-
uum: ꝛ magis nutritiuū. Inq̄ȝtuȝ em̄ plus est calidū magis exsiccat ꝛ
inq̄ȝtum magis nutritiuū auidius a natura retinetur. Potest tñ textus
intelligi de nimia potatione vini rubei stiptici aut pōtici: ex qua stiptica
tur ꝛ cōstipať vēter ꝑpter stipticitatē aut pōticitatem vini. ¶ Circa istō
tñ sciēdū ē ꝙ si exhibeať vinū ad stomachi ꝛ visceꝝ ꝯtētiue fortificatio-
neȝ eligem⁹ vina grossa pōtica vel stiptica rubea vel nigra: sicut ꝯtingit

in habentibus fluxum ventris ꝓpter debilitatem cõtentiue stomachi ⁊ istud vult ypocras tertia particula regiminis acutoꝝ. canone illo. Pal= meus quidē ⁊ niger: ⁊ similiter galienus in cõmento illiꝰ. Sed si intēda mus cõfortationē indigestiue cõpetunt vina subtilia vel mediocria i sub stantia ⁊ colore boni odoris ⁊ cõuenientis saporis ⁊ efficientis vigoris ⁊ aliq̄lis stipticitatis. Secūduz est exasperatio gutturis siue raucedo quā inducunt aliqua vina intēse rubedinis ꝓpter eoꝝ siccitatem ⁊ terrestrei tatem. Et istud nocumentum etiam cõtingit ex vinis rubeis patrie bra bācie ꝓpter eoꝝ stipticitatē ⁊ terrestreitatē. Et maxīe qñ musta sūt vina p̄ dicta istud nocumentū secundū cõtingit. Nō tamen primū: q̄ mustum magne rubedinis solet inducere vētris fluxū ꝓpter feces suas terrestres cū eo mixtas q̄ sui mordicatione mordicant intestina. ex qua mordicati one fluxus vētris causatur. et tale vinū nō debet bibi mustū id est q̄diu fuerit turbidū: ⁊ bulliens. quia ex quo ipm est mordicās ꝓpter suas fe= ces terrestres: ab eo etiā eleuat fumus mordicās qui ad cerebrū veniēs sui mordicacitate mordicat oculos atq̄ rubificat Et istud etiā intelligē duz est de istis mustis patrie brabancie siue rubeis siue albis ꝓpter eo= rum terrestreitatē. Causa aūt quare iste fumus est mordicatiuus: est q̄ vinū a quo dissoluitur est mordicatiuū. Jam vt dicit Galienꝰ prima p= ticula amphorismoꝝ in cõmento illius āphorismi ⁊ qui crescunt quicq̄d a qualibet re dissoluit ei vñ dissoluitur necesse est vt assimiletur.

Allea: nux: ruta: pira: raphanus: et tyriaca:
Hec sunt antidotum contra mortale venenum:

¶ In hoc textu ponunt sex medicine valentes cõtra venenum. Prima est alleum qd̄ maxime valet cõtra nocumenta ꝓuenire solentia ex mala aqua. ⁊ maxime valet cõtra potum male aque. de quo dicit serapion in aggregatorio capitulo de eo. q̄ quādo sumit alleū et post bibitur aqua corrupta non nocet aqua illa potanti. Et idē innuit auicenna scđo cano nis capitulo de eo. ⁊ tertia primi capi. de cõseruatōe iter agētes a nocu= mento diuersarum aquarum. Et istud idez etiam operatur cepe. vt vult auicenna secundo canonis. cap̄. de eo. et sic pōt comprehendi sub alleo. Et de eo etiam dicit auicenna tertia primi. loco p̄allegato. q̄ cepe est vt tyriaca malarū aquarum et maxime cū aceto: quia cepe est subtiliatiuū incisiuum / abstersiuū cum stipticitate: et aperit fortiter. vt vult Auicen na secundo canōis. cap̄. de eo. Et est calidū in tertio. quare calefacit ma las aquas ꝓhibens ne sua frigiditate stomacho noceāt: ⁊ subtiliat gros sas: faciens eas cito penetrare. Et acetū huic permixtum vigorat virtu= tem eius in subtiliatiōe ⁊ penetratione aquarum ⁊ ꝓhibet a siti quam inducere solet cepe comestuz. Et eadez rō verificatur de alleo. Et ergo etiam dicit auicenna tertia p̄mi loco p̄allegato: q̄ allea comedenda sunt super aquas grossas ⁊ turbidas: quia subtiliant eas cito descendere fa= ciūt ⁊ prohibent ne stomacho noceant ⁊ intestinis ⁊ ne venas opilent.

Alleũ preterea comestũ ante iter: ꝛ post hoc ex melioꝛibꝰ rebus ē ꝛ cõue niẽtioꝛibꝰ illis qui veniũt ab aere frigido/ vel qui vadũt ad eũ vt innuit auicẽna tertia pꝛimi ca. de regendo iter agentē in frigoꝛe ꝛ cõgelatũ. Et ex isto seqtur ꝙ alleum multũ valet iter agẽtibus: ꝛ per diuersas terras euntibus: ꝛ diuersis potibus vtentibus. Juxta illud metricum. Allea q̃ mane ieiuno sumpserit oꝛe. Hunc ignoꝛatũ nõ ledit potus aquaꝝ. Hec diuersoꝛuꝫ mutatio facta locoꝝ. Ualet p̄terea alleũ ad puncturã vermi um venenosoꝝ ꝛ moꝛsum serpentuꝫ qñ bibitur cũ vino qḋ Auicenna se cũdo canõis cap̄. ď eo se dicit fuisse exptum. Et cõfert etiã moꝛsui canis rabiosi: ꝛ qñ fit emplastrũ ex alleo ꝛ folijs ficus ꝛ cimino sup moꝛsũ mu gali cõfert. vt ibidē dicit Auicẽna. Cepe vero secũdum auicẽnã secũdo canõis. cap̄. de eo cõfert etiã moꝛsui canis rabiosi cũ linitur sup ip̄m aq̃ eius aut amplastratur ex eo cũ sale ꝛ ruta. Et cepe qḋ comeditur expel lit nocumẽtũ ventositatis venenosoꝝ. Et dixerunt quidã ꝙ ip̄m gene= ret in stomacho humoꝛē humidũ plurimũ frangrantē nocumẽtuꝫ vene nosoꝝ. Notandũ est circa istud ꝙ alleum ꝛ cepe: ꝛ similiter etiã poꝛrum via cibi nõ cõpetunt temperatis coꝛpoꝛibus nec calidis ꝛ specialiter cru da. parũ eñ nutriũt: ꝛ male nutriunt ꝛ generant sanguinē acutũ ꝛ pun= gitiuũ. grossos humoꝛes tñ subtiliãt: ꝛ viscosos incidunt: ꝛ postq̃ deco= cta sunt perdunt pũgitiuitatē ꝛ adhuc remanet virtus īcisiua ꝛ subtilia tiua: vnde magis cocta cõpetũt q̃ cruda. Poꝛri eñ sunt calidi ꝛ sicci: ꝛ dant coꝛpoꝛi alimẽtũ illaudabile ꝛ oculis nocẽt: ꝛ generant sanguinem nigrum melancolicũ. somnia terribilia ꝛ neruos ledũt. rõne pũgitiuita= tis eoꝝ nocẽt dentibus ꝛ gingiuis: ꝛ nullus colericus ꝛ melancolicꝰ eis vtatur: ꝛ specialiter crudis. Cepe calide sunt ꝛ hñt caliditatē supfluã ter restrem cũ humiditate aquosa subtili indigesta. Si comedanť cruda ge nerãt in stomacho humoꝛes malos ꝛ putrefactibiles ꝛ coꝛruptibiles ꝛ inducũt somnia mala ꝛ terribilia ꝛ doloꝛem capitis. Et nimis vsus ea= rum disponit hoīem ad memoꝛiã deperdendã: ꝛ perturbat intellectum: ꝛ ꝑducit ad dementiã. Sed si comedanť cocte cũ aqua laudabiliũ carni= um laudabiliter iuuãt digestioneꝫ: ꝛ minuunť eaꝝ nocumẽta ꝛ tēperant cibaria frigida cuꝫ q̃bus decoquũtur: sed melius est eis nõ vti. Allea ca lida sunt ꝛ declinãt ad aliqualem humiditatē: sꝫ minus q̃ cepe: valẽt cõ tra vẽtositatē ꝛ valent in tussi: ꝛ bene screare faciunt: sed nocent visui et doloꝛem capitis inducũt: ꝛ sunt tyriaca rusticoꝝ. Et sic pꝛedicta solũ cõ ueniunt his q̃ fleumaticũ aut grossum viscosuꝫ humoꝛē habuerĩt. Cole rici vero a p̄dictis abstineant. ¶ Secũda est nux: de qua dicit Auicenna secũdo canonis. cap̄. de ea. ꝙ ip̄a cũ ficubus ꝛ ruta est medicina oībꝰ ve nenis: ꝛ ex ea cum cepe ꝛ sale fit emplastrũ super moꝛsum canis rabiosi. Et istud maxime intelligitur de nuce sicca ante cibũ sumpta modo p̄di cto. Et circa istud vlterius sciendũ est ꝙ nuces sicce peioꝛes sunt recen= tibus ꝛ humidis. q꞉ sicce magis vnctuose sunt rõne cuius in colerã con uertunť: ꝛ inducunt capitis doloꝛē: ꝛ oculos turbãt ꝛ vertiginē generãt:

ꝛ specialiter sumpte post cibũ. ꝛ lingue paralysim inducũt: ꝛ vomitũ ꝓuocant ꝛ vesicas in ore faciũt. Et habentes stomachũ colericũ maxime debēt euitare nuces siccas ꝛ q̃to antiq̀ores tanto peiores sunt. Recentes aũt minus male sunt: q2 nõ sunt tãte vnctuositatis. ꝛ ideo nõ generãt dolorem capitis aut vertiginē ꝛ similia sicut sicce: ꝛ rõne hũiditatis lubrificãtis laxãt ventrē. ꝛ si aliq̃tuluz torreantur ꝛ comedant post cibuz ꝯprimũt cibũ sumptũ. Et sic p3 q̄ nuces recētes sunt magis cõuenientes corpibus sanis q̃ȝ sicce. ¶ Tertia est ruta: de qua dicit Auicēna scđo canõis cap̃. de ea: q̄ resistit venenis. Et postea subiũgit. Et bibat q̇ sibi timet ne in potu sumat venenũ ꝛ pũgi a venenosis ꝺ semīe ei⁹ põdus. ʒ. .i. cũ foliis suis cũ vino. ꝛ ꝓpꝛie si bibit cũ nuce ꝛ bolo omnib⁹ ꝯtritis ꝛ cõmixtis. Et dicit Aristoteles in de aīalibus q̄ cũ mustella vult pugnare cũ serpente siue cũ buffone ipa comedit rutã vt interficiat eũ: q2 odor rute est inimicus veneno. vñ comestio rute cũ ficub⁹ ꝛ amigdalis dulcibus ī mane ꝑseruat a veneno. ¶ Notãdũ circa istud q̄ duplex est ruta. q̄dã domestica ꝛ alia siluestris. Domestica melior siluestri est: q2 siluestris ꝛ maxīe sicca calida ꝛ sicca est ī quarto gradu: quare plurimũ sumere ꝺ ea est ꝑniciosum. Domestica ꝟo humida calida ꝛ sicca est in secũdo gradu sicca vero in tertio. Et est īcisiua resolutiua carminatiua ventositatũ. ꝛ istud maxime ꝯuenit sicce. Raȝ dicit serapion. cap̃. de ea. q̄ est de reb⁹ magis ꝯferentibus inflationib⁹. i. vētositatib⁹: sed in humida est īflatio. Item ruta vehementer acuit visuȝ ꝛ ꝓpꝛie succus eius cũ succo feniculi ꝛ melle collirio facto ex ea aut comesta vt dicit Auicēna scđo canõis. cap̃. ꝺ ea. Quia tñ in succo rute quedã est bauracites nocēs oculo. iõ ruta põt applicari oculo ventilando ita q̄ solũ vapor siue fumalis euaporatio eius ꝛ nõ substantia rute ad substantiã oculi ꝑtingat. ¶ Quarta ē pira. de q̄bus dicit Auicēna scđo canõis. cap̃. de eis. q̄ sunt cura fũgoꝝ mortificantium. ꝛ qñ coquũtur isti fungi cum piris minoratur nocumētum ipsoꝝ. Vel põt iste textus verificari de piris aromaticis: q̄ sui aromaticitate spũs ꝯfortarent. ꝛ sic nocumētum veneni repellerent. ¶ Quinta est raphanus: de quo dicit auicenna scđo canonis. cap̃. de eo. q̄ ꝯfert morsui vipere. ꝛ cũ vino morsui cornute etiam. ꝛ semen eius cõfert venenis ꝛ vermibus venenosis. Et si ponatur frustum ei⁹ sup̄ scorpionez moritur ꝛ aqua eius est experta in hoc ꝛ est fortior. Et si momorderit aliquē scorpio q̇ raphanum comederit nõ nocebit ei. Et ꝯfert etiã ꝑfocationē que fit a fungis mortiferis. Vel põt dici q̄ raphanus valet cõtra venenum: quia ꝓuocatiuus est vomitus: ꝛ sic per vomitum stomachus purgatur a malis humoribus si qui in eo sunt. ¶ Et circa istud sciendũ est ꝺ raphano de radice que sunt ꝓpinqua in complexione q̄ nocent corporibus colericis. generant eñ sanguinem acutum ꝛ pungitiuuȝ. ꝛ raphanus est malus stomacho faciens eructuare: ꝛ generat humorem grossũ Et si digestiua sit debilis/ generat humorem crudũ. habet tamen virtutem subtiliatiuam ꝛ incisiuam. Quidam aũt comedũt radicem ꝛ rapha

num post alios cibos: ad cōfortandū digestionem. de quo admiratur Galienus. Vñ verū est qđ experientia docet. Et dicunt sapiētes medici / q̄ si comedantur post alium cibū: iuuant ad digestionem ꝛ descensum eius ꝛ vētrē laxāt: sed si comedantur añ aliū cibū ipellūt cibū ad superiora: ꝛ vomitū inducunt. Bonū est autem q̄ comedantur cū aceto ꝛ sale post alios cibos: ꝛ in pauca quantitate. Verum est tamē q̄ oculis nocent ꝛ capiti. Rasis vero tertio almasoris dicit q̄ raphanus longam faciendo moram in stomacho incidit fleuma: cuius folia cibū digerūt: ꝛ appetitiuam adiuuant quādo parum sumitur de eis. ¶ Sexta est tyriaca que a toto genere valet contra venenum. ꝛ ideo valet tam rationabilibus q̄ brutis: cōtra venenum tam frigidum q̄ calidum. Et sub tyriaca potest comprehendi metridatum: quod simile operatur. De tyriaca enim dicit auicenna sexta quarti tractatu tertio. capitu. primo. Scias q̄ canon maximus in curatione veneni est cōfortatio caloris innatis ꝛ excitatio ipsius ad expellendum sicut facit tyriaca. De tyriaca vero metridato simul dicit auicenna: sexta quarti. tractatu primo. cap. de medicinis communibus ad venena. Sūt medicine que cōtrarie sunt veneno quare nō permittunt ipm peruenire ad cor. ꝛ sunt sicut tyriaca ꝛ metridatum.

Aer sit mundus habitabilis ac luminosus.
Nec sit infectus nec olens fetore cloace.

¶ In hoc textu notātur quatuor circa electionē aeris habitabilis. Quorū primū est q̄ hō dꝫ eligere aerem mūdū. i. nō infectū vaporibus: quia aer immūdus alterat cor sm cōplexionē illius qđ sibi cōmiscetur. sicut innuit Haly. tertia tegni. in cōmēto illius canōis. Omia hec eñ ꝛc. ¶ Secūdū est q̄ hō debet eligere aerem luminosuꝫ. Aer eñ turbidus inducit i corpore tristiciaꝫ ꝛ pigriciē quia aer turbatus cōmiscet hūores: ꝛ turbidus ad cor peruenit: q̄re ex ipo ꝛ humoribus grossi ꝛ turbidi generantur spiritus aiaꝫ tristificātes ꝛ pigriciē inducētes. Nichil est ergo q̄ magis iocundū facit hominē atq; minus grauem q̄ in claro aere ambulare vel mane surgere. ¶ Tertiū est q̄ homo debet vitare aerem infectū cuiusmodi est aer i quo fiunt strages. Cōiter eñ in locis in q̄bus precessit maxima hoim infectio sequitur pestis ꝛ in locis vicinis Aer eñ infectus quando inspiratur inficit spiritus in nostro corpore. Quartum est q̄ homo debet vitare fetorem cloace. et per hoc innuuntur infectiones particulares aeris: cuiusmodi est infectio aeris latrinarum vel fouearum coquine vel locoruꝫ in quibus proiciuntur cadauera mortua ꝛ ossa mortuorum ꝛ aeris vicini aque in qua putrescit linum vel canapis. Aer eñ taliter infectus inficit spiritus nostri corporis ꝛ maxime cerebro nocet. Et hinc est q̄ dicit Auicenna. secunda primi doctrina secūda. cap. secundo. Et aer quidē dum est temperatus ꝛ clarus neq; substātia extranea cōplexiōi spūs contraria ei admiscetur: est sanitatē efficiens ꝛ ipm cōseruans. ꝛ cū mutatur cōtrariū sue operationis operatur. Et pro maiori declaratione predictorum sciendum est

q̄ aer necessarius est in regimine sanitatis dupliciter. Primo quidē ꝓpter refrigerationē cordis. Secūdo ꝓꝓ expulsionē fumosaꝝ supfluitatū tribulantiū spiritū ⁊ calorē innatū. sicut em̄ exterioribus nos videmus q̄ ignis sine euentatione aeris suffocatur ⁊ extinguit̄: sic etiā imaginari debemus q̄ spūs ⁊ calor innatus indiget aere ipm nutriente cōseruante ⁊ obtempante. Obtemperatio igit̄ caloris innati: fit ꝑ aeris attractōnē. et eius depuratio fit ꝑ aeris expulsionē. Primū q̄dem fit ꝑ motū attractōnis ⁊ scd̄m ꝑ motū expulsiōis. Si igitur aer attract⁹ sit fetidus ⁊ impurus corrūpitur calor ⁊ spūs innatus. Aer igit̄ debet esse bone substantie cui nō admiscet̄ aliq̄d ex vaporibus nec fumositate extranea. Nō em̄ dꝫ esse aer turbidus nec nebulosus: nec malis vaporib⁹ admixtus. hic em̄ aer humores cōturbat ⁊ animā cōtristat vt dictū est. Et dꝫ esse discoop tus celo ⁊ nō inter parietes ⁊ tecta cōstrictus: ⁊ vt sit ad vnū dicere maxime euitādus est aer īclusus ⁊ nō euētatus. Veꝝ est tñ q̄ tpe epidimie in quo accidit aeris putrefactio cōis eligendus est aer inclusus. Vñ tēporibus illis bonū est manere in domib⁹ et tenere fenestras clausas ne aer putrefact⁹ ingrediatur: sed al's aer discoopertus melior existit. Euitandus est p̄terea ī regimīe sanitatis aer cui miscentur vapores lacuum ⁊ ꝓfunditatū aquam putridam ꝯtinētiū ⁊ olerum taliū: qualia sunt caules ⁊ eruca ⁊ similia. ⁊ arboꝝ viscosarū malaꝝ q̄les sunt ficus ⁊ nuces. Amplius eligendus est aer in quo sufflant venti ex terra alta vel equali Et multū etiā sollicitari debem⁹ q̄ aer nō excedat in aliqua qualitatuꝫ primaꝝ. scꝫ caliditate/frigiditate/humiditate/⁊ siccitate. quod si forsan ꝯtigerit obtemperetur ꝑ arteꝫ quantū possibile est. Et ista colligunt̄ ab auicēna scd̄a primi. doctrina secunda. cap. de diuersis.

Si tibi serotina noceat potatio: vina
Hora matutina rebibas: ⁊ erit medicina.

¶ In hoc textu ponitur vnū documētum. ⁊ est si quis male valuerit ex sumptione vini de nocte siue tpe serotino: talis in crastino dꝫ iterato sumere vinū. Unde potatio vini nocturna potest inducere ebrietatē siue sitim matutinā. vel potest inducere supcalefactionē corporis. Si vero inducat supcalefactionē corpis: tunc maxim⁹ error est de mane iteꝝ sumere vinū. quia est addere ignem igni. Si v̄o homo incurrat ebrietatē cuꝫ aliquali nausea: tūc de mane bonū est sumere vinū: quia ex sumptiōe vini de facili tunc ꝓuocat̄ vomitus ex q̄o sequitur mundificatio stomachi: qua mundificatōe facta de facili cessat nocumētū ebrietatis ⁊ nausea. Et ꝓpterea cōsulit ypocras semel in mense inebriari: vt ex ebrietate ꝓuocetur vomit⁹ qui est maxime p̄seruatiuus ab egritudinibus cronicis. id est longis ⁊ malis. Si etiā ex potatione vini nocturna ledat̄ aliquis: ⁊ hoc ꝓpter incōsuetudinē potandi vinū tunc de mane potest cōcedi vinū vt assuescat. ⁊ sic minus ledit̄ a sumptione vini. A cōsueto eni minor fit lesio. vt vult ypocras secunda amphorismoꝝ ibi. Ex multo tē

pore cõsueta &c. Si vero ex potatiõe vini nocturna sequatur sitis matutina: illa est mendosa q̄ curat potatione vini: magis tñ sedatur potatione aque. Et quia iam dictũ est de lesione ex sumptiõe vini. Sciendũ est q̄ homo debilis cerebri & etiã cuiuscũq₃ alterius cõditionis summope cauere debet a freq̄nti ebrietate. Freq̄ns em̄ ebrietas scd̄m Auicēnam tertia primi capitulo d̄ regimīe aque & vini/ inducit sex incõmoda in corpe humano. Quorũ p̄mũ est corruptio ꝯplexiõis epatis: quia vinũ supflue bibitũ ad epar veniens vel supflue resoluit calorem ipius. vnde amittit virtutē sanguificatiuā: & loco sanguinis generat aq̊sitates efficiētes ydropisim vel incendit epar & humores eius. vnde generatur lepra vel mania Secũdũ est corruptio cõplexionis cerebri ꝓpter assiduam eleuationem fumorũ vini ad ipsum disponentium calidum cerebrũ manie & frenesi & frigidũ epilētie/ litargie/ appoplexie/ & subeth. Tertiũ est debilitas neruorũ. videm⁹ em̄ bibulos inebriari solitos tremere caput & mēbra nõ solum in senio sed etiam in senectute & iuuentute quandoq₃. Quartũ est egritudines neruorum: sicut spasmus et paralysis/ quia vinum supflue acceptum sepe in stomacho acetum efficitur quod valde nocet neruis. Sepe quoq₃ cõuertitur ex defectu digestiõis in aquositates indigestas que neruos remolliũt. Et sepe ducit humores grossos ad neruos quib⁹ distenduntur vl' cõtrahuntur. ¶ Quintũ est appoplexia/ ꝓpter humiditates cerebri multiplicatas a vino/ ita vt totaliter opilent vias spirituũ animalium a cerebro in membra. ¶ Sextũ est mors subitanea/ dum sc₃ stertendo & dormiendo vie anhelitus multitudine vini: vel humiditatũ ex eo generatarũ clauduntur & ebrius suffocatur. Et licet vinũ imoderate sumptũ predicta inducat nocumenta: moderate tamen sumptũ multa inducit iuuamenta. Tangit eĩm Auicenna cap. preallegato quinq₃ ei⁹ iuuamenta. Primum est q̄ est bonus cibi penetrator in toto corpore: id est facilem efficit penetrationē cibi cui imiscetur ad om̄ia membra: suis calore subtilitate & cõuenientia in ꝓprietate occulta. Secũdũ est q̄ incidit fleuma: & hoc suis calore et subtilitate substantie et resoluit ipsum: ipsum coaptando expulsioni: vias aperiendo & naturam cõfortando ad expulsionẽ. Tertium est q̄ educit coleram rubeam in vrina & alijs euacuationibus: vt sudore egestione & resolutione insensibili. Et istud intelligendũ est de vino subtili sub rubeo vel albo quod vel debile sit ex natura sui vel fortiter limphatum. alioq̄n multiplicaret coleram p̱ conuersionem ipius in eam: & supcalefactiõẽ epatis ab eo. Quartum est q̄ facit melãcoliã que grossa est & tardi motus faciliter labi p̱ canales ꝓprios ab epate ad splenem. & a splene ad os stomachi. & tandem a corpore cũ fecib⁹ exire. & flectit seu repmit nocumētũ melancolie ꝓpter cõtrarietatem in complexione & modo substantie & in effectibus. Nam melancolia tristiciam pusillanimitatē & auaritiam parit. Vinum vero gaudium: audaciam: magnanimitatem et liberalitatem. Quintum est q̄ resoluit om̄ēs modos seu species lassitudinis: nisi multa caliditas extranea fue

rit eis sociata: q2 vinũ resolutos spiritus abunde reparat/ virtutem confortat/ humiditates relictas in musculis neruis cordis τ iuncturis tollit aut minuit. Et si fuerit opus humectatione in lassitudine arefactiua vinuz velociter humectat: dummodo limphetur. Preter aũt ista iuuamẽta plurima alia inducit. Omniũ em̃ velociter τ subito nutrimentũ est vinum/ calorem τ spiritum naturalem confortat/ τ totum corpus calefacit ingenium clarificat/ iram cõpescit/ tristiciam remouet/ libidinem incitat. Et sup oẽs potus semicrudos humores digerit. Et vt sit ad vnum dicere vinũ reddit hominem virilem: τ scd̃m animam et scd̃m corpus. vnde ceteris parib⁹ nõ bibentes vinũ sunt effeminati: respectu vinũ bibẽtiuz.

Gignit τ humores melius vinum meliores
Si fuerit nigrum corpus reddit tibi pigrum.
Uinum sit clarumq́ȝ vetus subtile maturum.
Ac bene limphatum saliẽs moderamĩe sumptuz.

¶ Hic primo ponit vnũ documẽtum de vino. Et est q vinuz meli⁹ meliores generat hũores. Et cã est: q2 quãto massa mor ẽ melior/ tãto humores ex ea geniti meliores esse debẽt. Deĩde subdit q vinũ nigr inducit pigriciã in corpe. Et cã est q2 vinũ nigr grossius τ terrestrius est reliq̃s. ergo spũs ab eo geniti grossi sũt. Juxta illã auctoritatẽ Galieni p̃us allegatã. Quicq̃d de aliq̃ re dissoluit ei vnde dissoluit necesse est vt assimiletur. Spũs aũt grossi faciũt corp⁹ graue siue pigr. Deĩde ponũtur septem documẽta circa electionẽ vini. Primũ est q debet eligi vinũ clarũ. tale em̃ q2 subtile est spũs subtiles τ claros generat. ¶ Secũdũ ẽ q dȝ esse vetus. i. nõ nouũ. Nouũ em̃ vinũ siue mustũ ceteris paribus facilius inebriat: fluxum vẽtris puocat: atq́ȝ colicã inducit. τ cetera accidẽtia posteri⁹ dicenda ibi. Impedit vrinã. Nec est ĩtelligẽdũ q vinũ dȝ ẽe oĩno vet⁹. tale ei ẽm Auicẽ. tertia p̃mi. cap. d̃ regimĩe aque τ vini. est q̃si medicina τ nõ sicut pot⁹. i. magis inest ei v̓t⁹ alteratiua corpis ad caliditatẽ τ siccitatẽ q̃ȝ virtus alterabilitatis a corpe per op⁹ nutritiõis. τ est pauci nutrimenti: quia est spoliatum a fece τ viriditate quã p̃habuit: τ pene igneũ factũ. ppter quod in aggregatore scribit. cap̃. de vite auctoritate gallieni/ q est calidũ τ siccũ i tertio gradu. ¶ Tertiũ ẽ q vinũ dȝ esse subtile. Subtile em̃ vinũ multos spiritus pcreat atq́ȝ subtiles/ grossum autem grossos. ¶ Quartum est q vinũ debet esse maturum τ nõ stipticuz. Uinum enim stipticum abscidit oẽs species euacuationis. vt vult galienus in cõmento illius canonis tertie particule regiminis acutor. Sciẽdum etiam τc. τ ergo nocet corporibus indigentibus euacuatione per vrinam τ omnibus membris superioribus. vt ibidem etiam dicit Galienus. Uerum est tamen q vinum stipticum cõueniens est infirmitatibus accidentib⁹ in intestinis. vt ibidem dicit galienus τ etiam superius dictum est. Remouetur tamen stipticitas a vino p multã cõmixtionem aque. vt ibidem etiã vult galienus. ¶ Quintum est q vinum debet esse

limphatum: quia per hoc remittitur vinum a sua fumositate: et sic min⁹ inebriat. Et istud verum est de vino subtili. Vinum tamen grossum si limphetur citius inebriat: quia per hoc subtiliatur et magis fumosum efficitur. Et de isto vino intellexit avicenna quando dicit tertia primi. cap. de regimine aque et vini/ quod vinum limphatum citius inebriat quam vinum purum. ¶ Sextum est quod vinum debet esse saliens cum propinatur. et est una de conditionibus boni vini prius dictis. ¶ Septimum est sumptum ex cōditione bibentis et non vini. et est quod vinum debet temperate sumi: quia tēperate sumptū acuit ingenium et inducit iuvamēta prius narrata. Ex predictis omnibus concludi potest quod vinum eligibilius et melius in sanitatis regimie est vinū mediū seu equale inter vetustatem et novitatē. et est clarum ad rubedinē trahēs/ bonū hn̄s odorē: et equalis saporis quod nec acre nec acutū nec dulce sit: quod non fumosum nec grossum nec valde subtile: sed ad subtilitatem declinans: quod etiam inter fortitudinem et debilitatem obtinet mediocritatem. quod etiam non creuit in saxosis et lapidosis mōtibus nec ī terra simpliciter plana et arabili: sed in terra mōtuosa versus meridiem discooperta. et in regione non nimis calida: nec nimis frigida. Et ista partim colligūtur ex avicēna tertia primi. loco preallegato. ¶ Circa regimen vini quo ad etates notande sunt tres regule quas ponit avicenna tertia primi loco preallegato. ¶ Prima est quod dare vinum pueris in potu est sicut ignē addere igni in lignis debilib⁹. eo quod pueri vehemēter rari sunt et de facili inflāmabiles propter abundātiā sui caloris innati: et sunt debiliū nervorum et debilis cerebri. quare ledit eos multipliciter vinū et inflatione facili: et percussione cerebri et nervorum sua penetratione facilima: et effumatione copiosa. Cum igitur pueris vinum in potu datur: calor ei⁹ inflāmabilis calori pueri inflāmabili additur in corpore pueri quod est pauce resistentie: sicut debile lignum vel arundo sicca vel stipula arida ante faciē ignis. ¶ Secunda regula est quod seni potest dari vinū in potu quantū tolerare potest sine nocumento scilicet quantū appetit appetitu naturali et regulato. Sicut enim veteres ocree aride et rugate renovātur: oleo leniuntur et applanantur. sic corpora senū potu vini electi sicut vini beluensis. Senes enim frigidi sunt et a vino calefiunt: et habent spiritū tristē et abundant in melancolijs. sed vinum exhilarat eos: et melācolias reprimit: cōmuniter male dormiūt vinum vero provocat in eis somnum. Ad opilationes proni sunt: quas vinum aperit et eas prohibet. Et sic sicut vinum est pueris contrarissimū: ita senibus utilissimum. ¶ Tertia est quod vinum temperate dandum est iuvenibus. temperate quidem secundum mensuram quantitativam et decentem limphationem. Licet enim iuvenes sunt calidi sicut pueri: tamē habent mēbra solidiora nervos et cerebrum fortes: quib⁹ potenter resistunt nocumentis potu vini. Consequuntur etiam ex potu vini sobrie sumpti iuvamēta plurima videlicet eductionē colere/ et corporale robur et ingenij acumen/ abundantiam spirituū subtiliū et parvorum.

Non sit acetosa cervisia sed bene clara

De validis cocta granis satis ac veterata.

¶ In isto textu ponūtur q̄nqꝫ circa electõez ceruisie Quoꝝ primū est ꝙ dꝫ eligi ceruisia nō acetosa: qꝛ acetosa nocet stomacho. Acetū em̄ nocet neruis ſm Auicē. in plurib⁹ passib⁹. Jam stomach⁹ est mēbrum valde neruosum. ⁊ hoc quo ad ei⁹ orificiū. ¶ Secūdū est ꝙ ceruisia debet esse clara: qꝛ turbida opilat atqꝫ calculosis nocet: nimiū ipīguat ac iflatiõez inducit atqꝫ breuitatē anhelit⁹. ⁊ est multoꝝ fleumatū generatiua. ¶ Tertiū est ꝙ dꝫ eligi ceruisia ꝺ bōis granis nō corruptis. scꝫ de optīo ordeo: tritico siue auena. qꝛ quāto grana sunt meliora: melior ex eis generaꝛ humor. ¶ Q̄rtū est ꝙ ceruisia dꝫ esse bn̄ cocta: qꝛ meli⁹ digeriꝛ ⁊ amicabili⁹ a natura recipiꝛ. ⁊ nocumēta q̄ ꝓueniūt ex bibitōe eius meli⁹ tolerātur Ceruisia em̄ nō bn̄ cocta vētositates ī vētre inducit / torsionē / inflationē atqꝫ colicā. ¶ Quītū est ꝙ ceruisia dꝫ esse antiqua: ⁊ a fecib⁹ mūdata: n̄ nimiū recēs. Recēs em̄ ceruisia inducit eādē nocumēta q̄ ceruisia nō bene cocta. ⁊ cū hoc de se facilime inducit strangurlam.

De qua potetur stomachus non inde grauetur.

¶ Hic poniꝛ vnū documētū circa vsuꝫ ceruisie. Et est ꝙ vtēs ceruisia dꝫ ea vti tꝑate / sic ꝙ nō grauēꝛ stomach⁹ vl' inducaꝛ ebrietas. Ebrietas eīꝫ q̄ ex ceruisia ꝓuenit deterior est ea q̄ ex vino ē: ⁊ magis durās: cū ex ceruisia fumi ⁊ vapores eleuati ad caput sūt grossi quare min⁹ resolubiles sunt q̄ꝫ qui ex vino eleuanꝛ. Et est h̄ sciendū ꝙ in ꝑncipio prādij vel cene ceteris parib⁹ vtili⁹ est incipe suū potū a ceruisia q̄ꝫ a vino. Cui⁹ cā est qꝛ in ꝑncipio mēse corp⁹ est famelicū ⁊ sic stomach⁹ an̄ ꝑncipiū sūptiōis cibi famelic⁹ erat ⁊ sic traxit supfluitates a mēbris. Si ḡ vinū in ꝑncipio mēse dareꝛ ex q̄ natura maxīe trahit vinū: qꝛ de se maxīe nutritiuuꝫ: ille supfluitates scꝫ a stomacho tracte simul cū vino ad ptes corpis traherenꝛ. sꝫ natura nō ita auide trahit ceruisiā. Sil'r ceruisia lauat humores adherētes orificio stomachi. ⁊ pp illā cām medici ꝯsulūt ꝙ i maxia fame debeat ꝑus ꝓuocari vomit⁹ q̄ꝫ cib⁹ sumaꝛ / vt ille supfluitates a stomacho famelico tracte euacuentur ne ꝯmisceanꝛ cū chilo. Sil'ꝛ timēs sitī ex nimia potatiōe vini dꝫ bibere ceruisiā. Jpa eniꝫ sitim mēdosam reprimit.

Temporibus veris modicum prandere iuberis
Sed calor estatis dapibus nocet īmoderatis.
Autūni fructus caueas ne sint tibi luctus.
De mensa sume quantum vis tempore brume.

¶ Jn hoc passu determīatur de q̄ntitate cibi sumēdi ſm diuersitatē tēpoꝝ quattuor anni / que sunt ver / estas / autūnus / ⁊ hyems. Et dicit textus ꝑmo ꝙ tp̄e veris debem⁹ modicū prandere. i. paucū sumere cibum Et idē vult auicē. scd̄a ꝑmi. doctrina scd̄a. ca. vj. ⁊ tertia ꝑmi doctrīa q̄nta. de regimīe tpm cū rectificatione aeris. Et rō hui⁹ ē vt ibidē etiā vult auicē. qꝛ tp̄e hyemis pp gulositatē / exercitij puitatē ⁊ resolutōis ꝓhibiti

onē mltiplicant hūores crudi. ⁊ maxie fleumatici q̃ pp pportionalitatē tpis tūc maxie generant: ⁊ isti i iteriorib⁹ corpis coadunant pp frig⁹ circūstās. Ver aūt supueniēs istos hūores crudos i inferiorib⁹ quoadūatos eliquat: ⁊ facit eos currere p totū corpus. q̄re natura tūc multū occupat circa digestionē eo℞. Si g̃ tpe veris daretur magna quātitas cibi natura a digestione taliū humo℞ fleumatico℞ impediret ⁊ diuerteretur. q₂ p istos humores ⁊ magnā q̄ntitatē cibo℞ nimiū grauaret. Et sic tales humores in corpe manerēt indigesti: ⁊ currētes ad aliquod mēb℞ illic egritudinez inducerent. Et g̃ summope cauere debem⁹ a magna quātitate cibo℞ in vere: q₂ diminutio cibo℞ tali tpe est vnū de maxime p̄seruātib⁹ ab egritudinibus veris. vt vult auicē. scda p̄mi loco p̄allegato. Et istud qd dictū est maxie veritatē hz de medio ⁊ fine veris. ⁊ nō de initio eius q₂ initiū eius hyemi assimilat. q̄re tūc hō pōt nutriri sicut in hyeme. Et istud etiā intelligēdū est qn̄ ver inuenit corpus repletū hūorib⁹ fleumaticis crudis. Si eīn ver inueniat corpus tpatū in hūorib⁹: cib⁹ in eo dandus est ꝺ₃ mēsurā caloris innati. ⁊ resolutiōe₃ que fit a corpe q₂ tūc ablata est cā q̄re diminueret cib⁹. Et istud voluit ypo. p̄ma āphorismo℞ dū dixit. Vētres hyeme ⁊ vere calidissimi sūt natura ⁊ somni lōgissimi. In his igit tpibus oblatōes plures dande sunt. etenī innat⁹ calor est multus: nutrimēto igit indigent ampliori. ¶ Secūdo dicit q̄ nimia sumptō cibi nocet in estate. Cui⁹ cā est q₂ tūc tpis digestiua v̄tus est debilis / cū spūs ⁊ calor inatus q̄ sunt instrumētū virtutū multū sunt debiles sparsi ⁊ resoluti pter calorē extrinsecū vehemētē trahentē eos ad exteriora. ⁊ g̃ mult⁹ cibus nō poss₃ digeri. Et circa istud sciendū est q̄ pp vehemētiā resolutiōis hūiditatū tā substātialiū q̄₃ nutrimētaliū corpis in estiuo tpe grossior ⁊ maior cibus exhibēdus esset si virtus sufficeret ad digerēdū talē ⁊ tm̄ s₃ q₂ nō sufficit vna vice multū digerere cibū: pa℞ ⁊ sepe ꝺ eo dādū ē. Iuxta illud galieni p̄ma āphorismo℞ ꝯmēto illi⁹ canōis. Et q̄bus semel aut bis dicētis. In estate cibus multotiens erit dādus ⁊ parum. multotiens q₂ idiget pp sepissimā dissolutōem. pa℞ pp v̄tutis ꝺfectionē. Et lic₃ in estate pa℞ de cibo sit dandū: multū tn̄ de potu pōt dari. cū tunc resolutio maxia fiat ⁊ desiccatio corpis: ⁊ eleuatio caloris sup hūidū ⁊ plus sitiat hō q̄₃ alio tpe. Ve℞ est tn̄ q̄ potus vini ⁊ p̄cipue vinosi puri minuēdus est: q₂ tale vinū est facilit inflāmabile ⁊ calorē iā acutū estu violento excādescere facit. ⁊ g̃ si bibat vinum miscenda est multa aqua. ⁊ dimittatur vinū vetus ⁊ forte. ¶ Tertio dicit q̄ in autūno debemus cauere a fructibus saltez illi⁹ temporis: vt vuis / persicis / ficub⁹ / ⁊ similib⁹. vel saltem nō multum de eis comedere: quia tales fructus generāt sanguinē dispositū ad putrefactōe₃ pter ebullitionē qua₃ in corpore ⁊ humoribus faciunt. ⁊ maxime si fuerint i stomacho immūdo vel in cacochimico corpore recepti: quale corp⁹ in autūno sepius occurrit. Et sic male tunc accidūt egritudines scilicet variole / morbilli ⁊ pestilentes. ¶ Pro maiori tamen noticia regiminis cibi ⁊ potus tempore autū

ni sciendum est: q tempore autumni debet euitari fames et sitis et repletio multi cibi in vna hora: vt vult Rasis quarto almasoris. ca. de regimine corporis secundum tempora. Uinum preterea quod bibitur tempore autumni vehementer est limphandum/ vt corpus humectet et calorem reprimat: sed non superflue debet limphari intantum quantum in estate: neque superflue debet tunc bibi: quia tunc natura debilitata non sufficeret ipsum regere et digerere et nimis limphatum calorem obtunderet et multiplicaret ventositates quibus colica generari possit. ¶ Quarto dicit q tempore hyemali debemus sumere cibum tantum quantum volumus. i. plus quam ceteris temporibus. Et idem vult auicenna tertia primi. loco preallegato. Et galienus in commento illius amphorismi prime particule amphorismorum. Et quibus semel aut bis vbi dicit. In hyeme multus cibus et paulatim est dandus. Et ratio huius est: quia calor nostri corporis in hyeme est fortissimus: tum quia vnitus: tum quia fortificatus per antiperistasim. id est iuxta positionem sui contrarij: videlicet frigiditas aeris nostra corpora circundantis. Et istud verum est in corporibus robustis et carnosis: et non in rasis et debilibus quia in talibus corporibus frigus intensum hyemis non confortat calorem sed magis debilitat. Et istud innuit ypocras prima amphorismorum dicens. Uentres hyeme et vere calidissimi sunt natura et somni longissimi. In his ergo temporibus ablationes plures dande sunt etenim innatus calor est multus. nutrimento igitur ampliori indigent. Et ex isto etiam sequitur q nutrimenta grossiora et durioris digestionis conueniunt hyeme quam alijs temporibus: quia calor est fortior. Uinum autem quo vtendum est hoc tempore debet esse roseum non album cum aqua pauca. ¶ Notandum hic q licet consideratione habita ad fortitudinem caloris et digestiue virtutis in hyeme grossiores et densiores cibi conueniant: quia tamen corpora tunc disposita sunt ad opilationes et repletiones ex fleumate plurimo. nec ab eis resolutio multa fit a continente tutius est vti tunc mediocribus cibis inter solidum et rarum: grossum et subtile sicut carnibus hedi vituli mutonis: lucijs percis et cancris. Et vtentibus grossioribus cibis vt boue/porco/ceruo/conchis/ostreis/carpis. et similibus expedit vt vnica comestione in die contententur: vel vtantur sepe rebus diureticis et apritiuis vt petrosilino/nasturtio/apio et similibus. et forti vtantur exercitio.

Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta
Adde rose florem minuit potenter amorem.

¶ In hoc passu ponuntur duo remedia corrigentia potum malum. Quorum primum est saluia. cuius folia iposita potui corrigunt maliciam potus sua proprietate. et etiam in se habent virtutem confortandi neruos et cerebrum quibus confortatis melius resistunt malis fumis recipiendis qui proueniunt ex malo potu. Secundum est ruta cuius etiam folia integra absque eorum alia contritione debent potui iponi: quia sua caliditate et proprietate corrigunt maliciam potus. Et de ruta quomodo valet contra venenum prius dictum est ibi. Allea nux ruta. Post ea subdit textus q istis duobus predictis potest addi flos rose. Et hoc maxime debet intelligi de rosa rubea que sua aromaticitate existente in

eius superficie: et similiter sua stipticitate corrigit maliciam potus.

Nausea non poterit quemque vexare marina
Aurea cum vino mixtam si sumpserit illam

¶ In hoc textu ponitur vnū remedium contra nauseam siue vomitum puenientes transfretantib⁹ nō consuetis dicēs q̄ ille qui debet transfretari anteq̄ nauē intret: debet aliquibus dieb⁹ miscere aquā marinā suo vino. Et istud est remediū pro diuitibus. q2 si pauper fuerit debet potare aquā marinā vt facilius nauseā euitet. Et causa hui⁹ est q2 aqua maris salsedinē habet: et sic sua salsedine et stipticitate que cōsequitur salsedinē orificiū claudit: et per hoc vomit⁹ impeditur. Et circa istud est notandū q̄ sicut vult auicēna tertia p̄mi cap̄. de regimine iter agētis in mari/ viator in mari nō d3 multū conari retinere vel cōpescere a pricipio nauseam vel vomitū: s3 dimittatur vomitus ipsius continuari: donec per ipsū fuerit bñ purgat⁹. hoc eī preseruat a multis egritudinib⁹: et nedū p̄seruat/ immo etiā curat vel alleuiat graues et magnas egritudines. vt lepra/ ydropisim/ appoplexiā/ frigiditatē stomachi: et eius inflatiōnē. put vult auicēna tertia p̄mi doctrina scd̄a capi. scd̄o. Si tñ vomit⁹ viatoris ī mari supfluxerit sic q̄ vehemēter debilitet ipm restringendus est comestiōe fructuū stipticoꝝ et acetosoꝝ: sicut sūt citonia et maciana acetosa. vel poma de carpēduto et mala ḡnata acetosa qb⁹ orificiū stomachi ꝯfortatū depellit hūores iferi⁹. et stomach⁹ etiā ꝯfortat⁹ ab his hūores repellit effluētes ad eū ex agitatiōe abvndis. Vel pōt semel apij torrefactū bibi cū vino vel absintiū pōt comedi aut bibi et silr panis assat⁹ et ifusus in vino bñ redolēte comest⁹ val3 ad idē. Et vlr val3 nutritio viatori ī mari ex cibis acetosis ꝯfortātib⁹ os stomachi: et ꝓhibētib⁹ vapores: et fumos ascēdere ad caput. sicut sunt lētes cocte in aceto vel in succo vue acerbe

Saluia: sal: vinum: piper: allea: petrosilinum
Ex his fit salsa: nisi sit commixtio falsa.

¶ In hoc textu ponitur modus faciendi salsamentū commune si ī mēsa deficiāt salsamēta spālia. Et ꝓ illo ponuntur qnq̄ ex quibus pōt fieri salsamētū. Primū est saluia qua fit ꝯdimētū in assatōne auce siue decoctione. Uniuersaliter enim auce assate siue porcelli saluia implentur vt humiditates superflue siue viscositates extrahantur: et odor saluie aucis aut porcellis īmaneat. Post assationem tamē saluia eici debet et nō comedi. Similiter ex saluia fit cōdimentu3 comestibile a rusticis vel cōmunibus in comestione auce. terunt em̄ alleum cum saluia ad auferendum aliquid saporis allei. Scd̄m est sal cū vino. et est salsamētū diuitu3 siue nobilium. Ipsi enim deficiente sinapio vel veriuto ponūt in salsario vinum cui modicum salis admiscent. Tertiū est piper. et est salsamētū rusticoꝝ. Cōmiscēt eī piper cū fabis et pisis. Silr etiā ex pane asso cū ceruisia vel vino et cū pipere fit salsamentū nigrū ad modum pultis

qd piper dr. ꝛ hoc supeffundũt carnib⁹ aut piscibus. Quartũ est alleum ex quo etiam fit salsamentũ rusticoꝝ. miscent. eñ cum molli caseo ꝛ lacte terendo alleuz: ꝛ sic comedũt cũ cibo. siue asso siue elixo siue salso siue dulci ꝛ cũ ouis duris. Quintũ est petrosilinũ ex cuius folijs contusis cũ veriuto vel albo vino fit viridis salsa cũ assis comestibilis. Et circa istd est notãdum ꝙ salsamẽtũ siue salse diuersificantur primo scđm tẽpora. Temporibus eñ calidis declinent salse ad frigus vel paucaz caliditatẽ tpibus vero frigidis ecõuerso. Materia igitur salsaꝝ in estate sit veriutum vel agresta de summitatibus vitis vel acetum/ succus limonuz vel citrãguloꝝ vel granatoꝝ cum zuccara ꝛ aqua rosarum. Et interdum in salsis q̃ fiunt in estate potest addi aliquantulum serpilli ꝛ petrosilini ad obtemperandũ frigiditatem p̃dictoꝝ. Materia vero salsaꝝ competentium tpibus frigidis sunt cinapium/ eruca/ zinziber/ piper/ cinamomum/ gariofili/ allea/ saluia/ menta/ serpilluz/ ꝛ petrosilinũ. vinũ/ aqua/ carniũ acetum nõ forte sꝫ ꝓpinquũ nature vini. Et in temporib⁹ mediocribus sint mediocris caliditatis ꝛ frigiditatis. Scđo diuersificanť rõne cibariorum ꝓ quibus fiunt. Nã alia ꝛ alia cibaria indigẽt alijs ꝛ alijs salsis. sicut sciunt dñoꝝ coci. Mutonũ eñ ꝛ similiter vituloꝝ ꝛ capreolorũ salsa conueniens est salsa viridis. In estate quidem ex aceto ꝛ agresta cum paucis speciebus: et sine alleis cum petrosilino zinzibere albo ꝛ agresta/ et pani asso infuso in aceto vel agresta: In hyeme fit eadem salsa cum plurib⁹ speciebus ꝛ pauco alleo ꝛ optimo vino ꝛ pauca agresta: vel potest sufficere sinapium et eruca. Salsa autem pro carnibus bouinis elixis est piper bullitũ quod fit ex pipere et pane asso ꝛ aqua carniũ ꝛ pauca agresta. ꝛ ista eadem salsa est satis ꝯueniens carnib⁹ porcinis in hyeme. Possunt etiã carnes porcine comedi in estate: cũ aceto ꝛ petrosilino in p̃ncipio refectõis. Si aũt p̃dicte carnes pastilleť ꝛ spãliter bouine ꝛ porcine. ĩ hyeme q̃dẽ apponať cepe albũ cũ puluere specieꝝ dulci ĩ parua quãtitate. In estate ṽo sine cepis ꝛ cuz veriuto. vel pñt apponi cepe parue ꝛ ĩ pauca quãtitate. Si aũt pastillatura fit ex carnib⁹ subtiliorib⁹ nõ apponať cepe: sꝫ in estate lac amigdalaꝝ cũ veriuto/ ꝛ pauco puluere specieꝝ dulciũ. ꝛ ĩ fine põt apponi ouũ ꝯquassatũ cũ agresta. sꝫ ĩ hyeme loco agreste poniť vinũ ꝛ plus de specieb⁹. Assature aũt cuniculoꝝ ꝛ pulloꝝ iuuenũ ꝯueniens est salsa in qua est cynamomũ: ꝛ mica panis cũ agresta q̃dẽ in estate. ꝛ cũ vino in hyeme. Assature aũt porci salsa cõueniẽs est liquor descendẽs ꝯquassat⁹ cum optimo vino ꝛ cepis in hyeme ꝛ in estate viridis salsa sup͂ius noĩata. Assature aũt faseanoꝝ ꝛ colũbaꝝ ꝛ turtuꝝ nulla alia salsa indigent nisi sale. Caponũ autez ꝛ gallinarum elixatoruz ꝯueniẽs salsa est aqua decoctiõis eoꝝ cũ aliquãtulo pulueris specieꝝ dulciũ. ꝛ p̃cise si in p̃dicta dcoctõe addatur saluia/ ysopus petrosilinũ/ ꝛ hoc ĩ hyeme. ꝛ ĩ estate sufficit sola aqua cũ aliquãtulo succi summitatũ vitis. Sed ꝓ salsa caponũ ꝛ gallinaruz pinguium pastillandoꝝ nihil penit⁹ est apponẽdũ: nisi aliq̃ꝫtuluz pulueris specieꝝ: ꝛ in

fine agresta supradicta i estate et optimū vinū i hyeme. Pisces vero quanto sunt grossioris carnis et difficilioris digestionis et maioris superfluitatis et humidioris nature: tanto indigēt salsis calidioribus et acutioribus. et hoc etiam verum est in carnibus.

Si forte vis sanus ablue sepe manus.
Lotio post mensam tibi confert munera bina.
Mundificat palmas: et lumina reddit acuta.

¶ In hoc textu ponunt due cōmoditates prouenientes ex lotione manuū post cibū sumptū: Prima ē quia per hoc palme manus mūdant. Secunda est quia reddit lumina acuta. i. prodest oculis. et hoc maxime per accidēs: quia manus sūt instrumenta mūdandi oculos quare multū cōfert eas esse mundas. Et de istis cōmoditatibus dictū est etiā prius ibi. Lumina mane manus.

Panis nō calidus: nec sit nimis inueteratus
Sed fermentatus: oculatus sit bene coctus.
Modice salitus: frugibus validis sit electus.
Nō comedas crustā colerā quia gignit adustā.
Panis salsatus: fermentatus bene coctus.
Purus sit sanus: qui non ita sit tibi vanus.

¶ In hoc textu ponūtur duo vitanda circa electōem panis. ¶ Primum est caliditas. nō eni debet panis comedi calidus. Panis eni calidus est humane nature nociuus. Iuxta illud Auicē. secūdo canōis cap. de pane dicentis. Nō comedatur calidus sicut est. Panis eni calidus nō est apud naturā receptibilis. et acceptio eius qui est de furno et reliquorum sibi similiū est mala. Et rō est quia talis panis multū opilat. Et postea iterum dicit Auicēna. Panis calidus sitim facit sua caliditate et natat propter suā humiditatē vaporosam. et est velocis digestiōis et tarde descensiōis. Et quamuis iste panis calidus nō couentat in regimine sanitatis quo ad esum: odor tamen panis calidi multum confert. resuscitat eni sincopisantē: et possibile est aliquos homines viuere ex odore panis calidi. ¶ Secundū est quod nō debemus comedere panē diu pistum siue muscidū. quia talis panis nō est conueniens pro nutrimēto nature humane. exsiccat eni corpus/ac humores melācolicos generat. Et ex isto relinquit quod panis nō debet eē calidus nec vetustate induratus: sed priori die coctus. ¶ Postea in textu ponuntur quinque conditōnes panis electi. Quarum prima est quod panis debet esse fermētatus bene. Et istud vult galienus primo alimētorum cap. secundo dicens. Optimi aūt panū pro digestiōe sunt qui maxie fermentati: et qui assationē habuerunt a cōmensurato igne in clibano. Et iterum eodē cap. dicit. Qui vero infermētatus est/nulli vtilis est. Et secundum Auicēnam secundo canonis. cap. de pane. Panis habens partem fermenti plurimi est nutrimenti: sed eius nutrimētū opilat nisi illos qui sunt plurimi exercitij. ¶ Secunda ē quod

panis debet esse oculat⁹.id est porosus.ꝛ ꝑ hoc denotaꝶ ꝙ viscositas ei⁹ est ablata. Uerū est tñ ꝙ iste panis scđm Auicēnā loco ꝑallegato. velocis est penetratiōis ꝛ mioꝛis nutrimenti ꝛ deterioꝛis sicut est panis opirus q̇ est plurimi furfuris. ¶ Tertia ē ꝙ panis debet eē bene coct⁹:quia panis male coctus male digestiōis est:ꝛ stomacho grauedinē affert. Et auicēna secūdo canōis loco ꝑallegato dicit. Et ille qui non bene decoq̇tur est plurimi nutrimēti:sed eius nutrimētū opilat nisi illos qui sūt plurimi exercitij. Et panis ꝺ patella est hui⁹ generis:eius nāq ps interioꝛ raro decoquiꝶ bene. ¶ Quarta est ꝙ panis dꝫ esse temperate salit⁹. Nimiū eī dulcis opilat:ꝛ nimiū salsus exsiccat Moderate tñ salsus optīm nutrimētū ꝑbet:dum tñ cetere ꝯditōnes assint. ¶ Quinta est ꝙ sit fact⁹ ex optimis granisvꝫ ex optimo tritico ꝛ sana messe collecto. Deīde subdit textus ꝙ nos debem⁹ cauere ab esu cruste panis: qꝛ illa generat coleram adustā siue humoꝛē melancolicū. ex quo eñ ipsa adusta ꝛ sicca ē: humoꝛ ab ea genit⁹ adustus erit ꝛ siccus. ꝛ ꝓpterea nobiles qui natura colerici sunt:deponere faciūt supioꝛem crustam panis ac inferioꝛem/q̇s imitantur pꝛelati:ac deliciosi. Eligatur igitur mica panis/que est melioris maioꝛis ꝛ velotioꝛis nutrimēti/ꝙ̄ crusta. Uerū est tamen ꝙ aliquādo ꝯuenit sanis habentibus stomachū humidū ꝛ volentibus demacerari ꝛ in fine comestionis plus competit. Juuat eñ cibi descensū : ꝛ cōfoꝛtat oꝛificium stomachi. Postea in duobus vltimisversibus innuitur ꝙ panis bonus debet habere istas quinq cōditōnes scilicet ꝙ sit salit⁹ fermētatus bene coctus. purus.i. de mundis granis ꝛ sanis.i. de granis sana messe collectis. Et istas ꝯditōnes partim innuit Auicenna loco ꝑallegato dicens. Opoꝛtet vt sit panis mūdus salitus massam habēs cōfectam fermencatus coctus ꝛ vna nocte permanens. Et circa istud est sciendū ꝙ si queratur nutritio maioꝛ ꝛ pꝛioꝛ mūdificetur panis a furfure. ꝛ si velim⁹ subductionē aliqualē dimittamus aliquā ꝑtem furfuris Furfur eñ paꝝ nutrit ꝛ ventrem subducit:ꝛ farina ecōuerso.

Est caro poꝛcina sine vino peioꝛ ouina
Si tribuis vina tunc est cibus ꝛ medicina.

¶ In hoc textu ꝯpat actoꝛ carnē poꝛcinā carni ouie dicēs ꝙ caro poꝛcina sine vino minus sana est ouina. tñ si caro poꝛcina sumaꝶ cū vino ipa est optīꝫ nutrimētū ꝛ medicinā ꝑbēs qꝛ multū humectat ꝛ hoc ītelligēdū est maxīe ꝺ poꝛcellis assis siue ꝺ apꝛis optīe ꝑparatis. Et circa istud est sciēdū ꝙ carnes poꝛcine q̇b⁹ rustici ꝛ cōes vtunꝶ/qñ videlꝫ sunt salse vel sole vl' fumo exsiccate nullo mō saniores sūt carnib⁹ ouinis cet'is parib⁹ siue cū vino:siue sine vino sumanꝶ. Sꝫ istud dictū ꝟitatē hꝫ de carnib⁹ poꝛcelloꝝ assatoꝝ vel de carnibus apꝛinis modo pꝛedicto.

Ilia poꝛcoꝛum bona sunt:mala sunt reliquoꝛuꝫ

¶ In hoc textu comparantur omasa poꝛcoꝝ omasis reliquoꝝ brutoꝛuꝫ ꝛ dicit textus ꝙ omasa poꝛcorū.i. intestina pꝛeualent quo ad esum inte-

stinis alioꝝ brutoꝝ. Cuius ratio potest esse ista: quia pauca intestina comedimus/nisi illa que replētur sanguine. vel que sunt animaliū multum pinguiū: cuiusmodi sunt porci. Jam solus sanguis porci ꝑpter suā complexionem ꝛ similitudinem complexionis cum natura humana est sanguis quo omasa siue intestina implentur. Et similiter porci facilius impinguantur ꝙ aliquod aliorum brutoꝝ. ideo magis sumimus intestina porci ꝙ aliorum brutorum.

Impedit vrinam mustum: soluit cito ventrem
Epatis enfraxim: splenis: generat lapidemq̄

¶ Hic ponunt̄ qnq̄ nocumenta ꝓuenientia ex potatione noui vini vel musti. Primū est ꝙ mustū impedit vrinā. ꝛ hoc pōt intelligi dupliciter Primo q2 mustū grossuꝫ ꝑpter suā grossitudinem ex fece admixta opilat ipsum epar siue ipsos renes sic ꝙ vrina de facili nō pōt habere suum cursum. scd̄o impedit vrinā quo ad debitū eius modū sicut facit mustū renēse aliquod ꝛ quedā alia vina subtilia similiter: quia est aliquod mustū renense: cuius feces sunt mordicantes: ꝛ dū ip̄m venit in vesica/ ille partes terrestres intro se mordicant vesicā: ꝛ cogunt vrinare sine ordine debito ꝛ modo consueto. Scd̄m est ꝙ soluit ventrem. Et ratio est quia abstergit viscera nitrositate siue salsedīe sue fecis: ꝛ stimulat ea ad expulsionem. Primo propter mordicationem fecis. Secundo propter similitudinem vētositatis quā inducit tale vinum siue mustum. Tertio lubricando cito inferius per viam indigestibilitatis ꝛ grauaminis stomachi. quare stomachus se relaxat: ꝛ portas nariū oppressas aperit. Tertiū est ꝙ mustū nocet bone cōplexioni epatis: quia opilat ipsuꝫ ꝑpter imixtionem plurimā sue fecis: ꝛ ꝑducit ad dissinteriā epaticā: ꝑpter inflationē eius qua debilitat epar. Et istud vult auicenna tertia primi. cap̄. de regimine aque ꝛ vini. Et sic etiā inducit catheciam siue malam dispositionē coloris: ꝛ malas inducit egritudīes epatis: scilicet diuerses species ydropisis. Quartū est ꝙ mustum nocet spleni ꝛ dispositioni eius ꝑpter eandem causam que dicta est de epate: quia opilat splenem. ꝛ sic inducit duriciam eius. Quintum est ꝙ mustū generat lapidem ꝛ maxime illum q̄ in renibus est qui rubeus est de facili frangibilis causa opilationis quā facit ꝛ grossitudine sue substantie. Et istud verū est de musto vinoꝝ multū dulciū non habente feces nitrosas ꝛ mordicantes. Mustum em̄ habēs feces nitrosas ꝛ mordicātes magis impedit lapidem: quia multum facit vrinare: sicut mustū aliquod renēse facit apparere arenulas in vrina/siue grauellam: quia facit multum vrinare. Multa em̄ vrina sua lotione abstergit arenulas adherentes/que cū ea expelluntur.

Potus aque sumptus sit edenti valde nociuus
Infrigidat stomachum cibū nititur fore cruduꝫ

¶ Hic ponuntur duo nocumenta prouenientia ex potu aq̄ ꝛ hoc quo ad

edentē. Primū est q potus aque nocet stomacho edentis. Cuius ratō est quia ipz infrigidat ꝛ relaxat: ꝛ maxime deicit appetitū cibi. Scdm ē q potus aque cū sumitur cibus impedit digestiōem cū cibum sumptuz incrudet. Et istud vult Auicēna. tertia pami. ca. de regimie eius qd comeditur dicēs. Neqꝫ post ipsum scz cibum multa bibenda est aqua que inter ipsuz scilicet cibū ꝛ corpus stomachi separationē faciat. ꝛ ipsuz natare faciat. Et cap̄. de regimie aque ꝛ vini dicit. Et cū natura in digerēdo nutriēs studeat satietate aque iā precedente sufficienter. i. si p̄cesserit satietas aque sufficiēs ad bonā cibi ꝑmixtionem: aqua vehement est impediens supple digestionem inchoatā. Et idē vult auicen. scda cantice. tractatu p̄mo cap̄. quarto dicens. Est etiā vitādus potus aque in mēsa nisi ratione adherentie ꝛ tarditatis descensus buccelle. Nō est etiā sumēda aqua cū cibo. Et auerroys in cōmento ait. Causa quidē hui9 est qm̄ cum sumitur aqua sup cibū priusqꝫ stomach9 calefecerit ipm infrigidat ipsum incrudat. Et etiā causa quare supnatet cibus sumptus in stomacho ꝛ quare etiā nō adhereat ꝛ vniat eidez q cōterat ipm sicut exigitur. Actio nāqꝫ stomachi sup sumptū cibū fit cōterēdo coquendo simul. vnde sicut infundit simul ꝛ in magna quātitate aqua in olla pp qd tardat cibi decoctio in eadē: sic etiā ꝯtigit idez ipsi stomacho. Et istud maxime verificatur de potu multe aque. Modica em̄ quātitas aque frigide sugendo sumpta pōt ꝯcedi an̄ descensuz cibi vt p eā cōpleat cibi descēsus ad inferiora ꝛ hoc si sitis infestauerit ꝛ bibere coegerit. nā modica quantitas aque frigide p̄dicto mō sumpta stomachū alleuiat ꝛ colligit. Alleuiat q̄dez a siti. alleuiat etiā cooꝑando ad descensuz cibi. Colligit autez sua frigiditate coadunās ptes stomachi. Et istud colligitur ab auicē. locis p̄allegatis. Notandū q q̄uis in sitis extinctione aqua sit ꝯuenietior potus qꝫ vinū: tn̄ oibus consideratis vinū est potus ꝯuenientior in regimine sanitatis qꝫ aqua. Nā dato q in sitis rep̄ssiōe q̄ est appetitus frigidi ꝛ humidi aqua vniuersaliter melior sit q2 frigida ꝛ humida naturalr: tn̄ in cibi ꝑmixtiōe ꝛ eiusdē delatōe ad ptes corpis extremas vinū p̄ualet aqua. Nā vinū rōne sue subtilitatis in substantia ꝛ actiōe subtili9 cibis ꝑmiscetur ꝛ spāliter q2 natura magis in eo delectatur. ideo citius attrahit ipm ꝛ alijs cibis ꝑmiscet. ꝛ specialiter q2 hec mixtio fit p viā cuiusdam ebullitionis quā vinū magis iuuat ratione virtualis caliditatis ꝛ aqua impedit rōne frigiditatis. Et sic patet q vinū p̄ualet aqua in ciborum ꝑmixtione. Et similiter preualet in eorūdez delatione. Nā vinū est optimus penetrator qd ei debetur ratione subtilitatis sue substātie ꝛ ratione caliditatis virtualis. subtilia em̄ ꝛ calida multum sunt penetratiā: ꝛ per consequens vinū est magis delatiuū qꝫ aqua in qua nichil est virtualiter calidum nec substantie aereitatis nec igneitatis. vn̄ aque mora transeundo impedit omnez cursuz. Amplius aqua ex alio nō est potus ita cōueniēs sicut vinū: q2 aqua impedit alimētū nutrire eo q nō nutrit quare illud vtiqꝫ minus nutrit. vnde qꝫto cibus est magis aquaticus: tā

to est minus nutritiuus. Bonū est igitur q̄ vinuz p̄misceatur cum cibo/ quod solum non impedit nutritionem imo multum iuuat. q2 vinum est maxime nutritiuum et maxime restauratiuū et velocissime nutrit vt prius dictū est. Notādum insuper q̄ nō soluz nociuus est potus aque edēti siue sumenti cibū: imo in pluribꝰ alijs casibus nociuꝰ est. quos narrat auicē. tertia primi. cap̄. de regimine aque et vini. Primo em̄ incōueniēs est in homine ieiuno. tunc eniz penetrat aqua bibita nullo retinaculo īpediente vsq̄ ad intima membrorum principalium mortificans suum calorem innatum. Et istud verum est de homie vere ieiuno. Ebrio em̄ q̄nq̄ p̄ficit: neq̄ leditur ipse si ieiunus bibat aquam: q2 ieiunus ebrius non est omnino ieiunus nec est in stomacho vacuus: sed adhuc hȝ reliquias aliquas hesterne crapule: quarum intrositas aqua mitigatur: et stomachus ab his per aquam abluitur: et repressis vaporibus et fumis p̄paratur stomachus ad receptionem noui nutrimenti. Secundo incōueniens in homine exercitato forti exercitio: et similiter statim post coitum. Nam tunc pori corporis sunt multum aperti quare penetrat aqua in p̄funda membrorum mortificans calorem innatū: qui post coitū etiam debilitatus ē. Tertio incōueniens est post balneationem: maxime cuz fit hec balneatio vētre vacuo. tūc em̄ vie sunt vehemēter apte: quare ledens penetrat aqua vt dictū est. De isto potu aque dicit auicē. sexta quarti. sūma scd̄a cap̄. vltimo. Ex potu illius in ieiuno et post balneū et post coitum timet corruptio ꝯplexionis et ydropisis. Quarto īcōueniēs est bibere aquā frigidā cā obediendi siti nocturne mendose q̄ accidit in crapulatis et ebrijs nam per potū aque frigide p̄hibentur resolutio et digestio humoris salsi vel fortis vini vel alterius acuti facientis sitim. et sic cito post potuz reuertitur sitis ita fortis vt ante. Sed si vehemens affuerit sitis nimiū vexans et inq̄etans nec sufficiat aeris īspirati frigiditas: nec ablutio oris cū aqua frigida bibat sitibundus aquam frigidā cū vase stricti orificij siue gracilis rostri quatenus aqua p̄lixius detur sup orificium stomachi: fortius sitim mitiget: et de ea minus sumatur: ne digerendorū digestionem penitus impediat. Quinto generaliter malum est sanis bibere multam aquam frigidam: q2 extinguit calorem innatū: et pectus offendit et stomachi appetitum deicit: et mēbris oībus neruosis obest. Verum est tamen q̄ aqua temꝑate frigida aliq̄n p accidens appetituz excitat/ et stomachum fortem efficit coadunando ipsum et stringendo villos eius.

Sunt nutritiue multum carnes vituline.

¶ In hoc passu autor laudat carnes vitulinas: dicēs q̄ carnes vituline multū sunt nutritiue. Et istud innuit auicēna tertia primi. capitulo de regimine eius quod comeditur. vbi vult q̄ cibus sanitatis conseruatiuus debet eē talis quales sūt carnes. quia sunt similis nature p̄us apte fieri sanguis: et maxime carnes hedorum et vitulorum paruoruz lactantiū et agnorum annaliuz. Et istas carnes vitulinas summe laudat galienus tertio alimentorum, vbi vult q̄ carnes vituli lactantis sex ebdomadarum vel octo

D

assate saniores sunt mutonis. facilis enim digestionis et multum nutritiue sunt. Et de istis carnibus vitulinis etiam prius dictum est.

Sunt bona gallina: capo: turtur: sturna: columba.
Quiscula: vel merula: phasianus: ethigoneta.
Perdix: frigellus: orex: tremulus: amarellus.

¶ In hoc passu ponunt carnes eligibiliores pro nutrimento nature humane animalium volatilium. Et enumerant quatuordecim aues: quarum carnes bone sunt pro nutrimento hominis. Prima auis est gallina: cuius esus siue comestio nature humane conueniens est. Hali enim / auenzoart / auerroys et mesue / vt dicit consiliator pre ceteris laudant pullorum carnes et maxime galline que nondum peperit et galli qui nondum calcauit. Sunt enim facilis conuersionis in sanguinem et superfluitatum paucarum proprietatem mirabilem habentes in temperando complexionem et humores. cuius brodium optima leprosis est medicina. Et de carne gallinarum dicit auicen. secundo canonis. cap. de gallinis et gallo quod caro gallinarum que sunt pulle in intellectu augmentum efficit: clarificat vocem et augmentat sperma. Et melior gallina secundum eum ibi est que nondum parit oua. ¶ Secunda auis est capo siue gallus castratus: cuius carnes ponit consiliator differentia sexagesimaoctaua inter laudabiliores carnes. Et carnes istas et similiter priores digerit stomachus a proprietate. ¶ Tertia auis est turtur que etiam est boni nutrimenti et bonum generans humorem. Cuius carnem auicenna secundo canonis. ca. de carne summe laudat dicens. Volucris quidem caro melior non est quam alduragi. id est turturis et gallinarum et subtilior earum: et non sunt cum nutrimento carnium alcubegi. i. perdicum etc. ¶ Quarta auis secundum aliquos est sturnus. et ista auis debet comedi in iuuentute. et est auis nota teuthonice eensprethe. Secundum alios est starna: quam Rasis tertio almansoris pre ceteris volatilibus laudat dicens. Starna caro omni carne auium leuior inuenitur. atque his qui subtili volunt custodiri regimine conuenientior. Et potest per starnam intelligi auis magna velut anser grisea cinerea. cuius caro laudabilis est maxime cum iuuenis fuerit et isto modo intelligit almansor preferens istam carnem alijs. Vel potest per starnam intelligi maneries perdicis parue: quam moyses videtur intelligere iudeis inquiens similiter starne non videntur pro domino nostro: quia ventrem constringunt Et istam proprietatem alij attribuunt perdicibus. Carnes enim ipsarum ventrem constringunt. teste Rasi tertio almansoris ¶ Quinta auis est columba que est auis nota: cuius caro est colerica Et de columbis dicit Rasis loco preallegato. Columbe vehementis sunt caliditatis quod sanguinem inflammatum generant: et cito febricitare faciunt. Et ergo aptius columbe comedi debent in pastillis cum vuis acerbis quam assari. Per vuas enim acerbas aufertur caliditas quam sanguini inducunt. Et electiores columbe pro esu sunt columbe iuuenes volare potentes: quia tales sunt leuioris digestionis et melioris humoris Pulli enim non volare potentes caliditatem et humiditatem habent superfluas. quare grossos generant humores. vt vult auicen. secundo canonis

capitulo de columbis. Antique vero columbe. et earum caro propter caliditatem et nimiam siccitatem et digestionis difficultatem sunt euitande. Et similiter etiam turtures antique. ¶ Sexta auis est quiscula que ab aliquibus nominatur coturnix: quia quiscula est nomen onomatopeyon scilicet fictum a suo sono. Et ista caro secundum aliquos est subtilis substantie bonum generans humorem: et multum competit sanis conualescentibus. Secundum ysaac tamen coturnices ceteris volatilibus sunt peiores. nec nutrimento nec digestioni laudabiles: quia ex comestione carnis earum timetur spasmus et thetanus. prout etiam vult auicenna secundo canonis cap. de eis: subiungens rationem. scilicet quia in substantia carnium earum est virtus faciendi huiusmodi accidentia narrata. et sic non proueniunt illa accidentia ex eo solum: quia coturnices comedunt elleborum. Et hinc est quod gallici comedunt coturnices cum molli pingui caseo. et inde faciunt pastilla. Potest tamen per coturnicem intelligi alia auis a predicta perdice maior eiusdem fere coloris cum rubeis pedibus et rostro saporis delectabilis dicta coturnix ytalica lingua. Et isto modo rasis tertio almansoris accipit coturnicem quando prefert carnes eius post carnes starne aliorum volatilium carnibus. ¶ Septima auis est merula que est eiusdem quantitatis cum sturno: sed est ad nigredinem tendens et habens rostrum subrubeum. et similiter debet comedi iuuenis. ¶ Octaua auis est phasianus. id est gallus siluestris: que ab omnibus medicis enumeratur inter aues laudabilis carnis. Caro enim talis auis nature humane est conuenientissima et est cibus principum et magnatum. Consiliator enim loco preallegato dicit. Siluestrium vero laudabiliores sunt phasiani ad sanitatem et ad robur. Et fortassis etiam vniuersaliter domestici cum sint gallinis propinquissimi et eiusdem fere speciei: sintque illi siccioris aeris et alimenti ac exercitij amplioris. ¶ Nona auis est ethigoneta que est auis parua ad modum perdicis sed longum rostrum habens cuius caro est optima. ¶ Decima est perdix cuius caro secundum auicennam secundo canonis. cap. de cubigi est de subtilioribus carnibus impinguans quia multum nutrit cor abstergens ydropisi et stomacho conferens et augmentum in coitu faciens. Verum est tamen quod stringit ventrem. Et istam carnem galienus tertio alimentorum. ca. xvij. et viij. de ingenio. ca. ij. prefert omnibus alijs volatilium carnibus. Et dicitur de ista carne quod si assidue comedatur maxime confert memorie. ¶ Undecima est frigellus. et est auis comedens racemos velociter volans similis sturno. sed est melioris nutrimenti quam sturnus. et multe tales inueniuntur vbi sunt vinee et inebriantur ex esu racemorum et melior est caro earum circa festum omnium sanctorum. ¶ Duodecima est orex: et est secundum aliquos gallina siluestris siue gallina phasiani. Vel secundum alios est gallina aquatica. id est natans in aqua. et siue sit femina phasiani siue gallina aquatica: eius caro est boni nutrimenti. ¶ Decimatertia est tremulus et est auis communiter stans prope mare minor quam gallina. sed est auis fusca alte clamans et velocissime volat. et quando ambulat super terram cauda eius semper tremit et ideo dicitur tremulus et habet super caput eius longas plumas. Et non est parua auis longam habens caudam que a medicis vocatur cauda tremula. ¶ Ultima auis est amarellus. et etiam est auis similiter existens in

aq̃s similis anete sed ea minor. Et generaliter loquendo inter aues comestibiles plus laudantur ille que volatu velociores sunt. Et sicut carnes p̃dictaꝝ auiũ sunt laudabilis nutrimenti ꝛ facilis digestionis ita etiam repꝛiuntur carnes aliquaꝝ auiũ illaudabilis nutrimenti: difficilis digestionis ꝛ inequalis cõplexionis sicut sunt carnes anseꝝ ꝛ pauonuꝫ et malardoꝝ ꝛ vniuersaliter auiũ habentiũ collũ longum ꝛ rostꝝ longum degentiuꝫ in aquis: ꝛ carnes passeꝝ que sunt calidissime ꝛ a tẽperamento longissime ꝛ multũ excitãtes coitũ. ¶ Circa electionẽ ṽo carnis volatiliũ sciendũ est ꝙ scd̃m diuersas laudabilioris nutrimẽti ꝓprietates ac eius quod nutritur sanitatis vel roboris intentionem carnes laudantur varie. Unde galienus respiciens facilem alterationẽ ꝛ subtilitatẽ in carnib⁹ perdicũ p̃fert easdem. Rasis ṽo cũ ysaac respiciens subtilitatẽ carne ac leuitatẽ ipsam ceteris pretulit. ysaac etiã fm̃ diuersas intentiões carnes volatiliũ laudauit diuersas. Auicẽna ṽo laudauit carnes turtuꝝ p̃ ceteris: vl' qꝛ respexit ad ꝓpꝛietatẽ qua roborãt ꝛ ꝯfortãt ĩtellectũ. Uel qꝛ ĩ terris eius est ipsaꝝ tãta bonitas q̃ nõ est ĩ alijs terris. Sciẽdũ insuper ꝙ carnes volatiliũ pl⁹ ꝯueniũt q̃ȝ carnes quadrupeduꝫ his q̃ relicto exercitio corporali vacant ꝯsilijs studijs ꝛ ꝯtemplatiõibus: qꝛ digerunt facilius alijs. Juxta illud galieni tertio alim̃toꝝ. Digestibilior est tamẽ hec caro volatiliũ aĩaliũ ꝛ maxime perdicũ: ꝛ generant sanguinem clarum mundũ spirituosum mentis exercitijs ꝛ eleuationi intellect⁹ aptiũ.

Si pisces molles sunt magno corpore tolle
Si pisces duri parui sunt plus valituri.

¶ Hic ponuntur duo accidentia: ex quoꝝ noticia attenditur electio pisciũ. Unde pisces aut sunt duri aut molles. Si molles sunt. tunc seniores sunt eligibiliores. Cuius causa est ista: qꝛ mollicies ꝓuenit ex humiditate que in iuuene pisce indigesta est: ꝛ in sene plus digesta. ꝛ sic in iuuẽtute tales pisces sunt generatiui fleumatuꝫ: sed senes min⁹. Et sic pꝫ ꝙ anguilla senior sanior est iuuene fm̃ quosdã. Si ṽo tales pisces sunt duri tunc iuuenes sunt saniores. i. digestibiliores / cuiusmodi sunt lucij ꝛ parce. Duricies em̃ incꝑtum huiusmodi resistit digestioni. Et istam sententiaꝫ ponit Auicenna secundo canonis. cap̃. de piscibus dicẽs. Et eligitur quidem ex piscibus durã carnem habentib⁹ ille qui est minor. Et ex habentib⁹ mollem carnẽ ille qui est maior ad terminum aliquem.

Lucius ꝛ parca saxaulis ꝛ albica tenca
Gornus plagicia cum carpa galbio truca.

¶ Hic tanguntur decem pisces eligibiles ꝓ nutrimento nature humane. Quorum primus est lucius / qui est piscis notus. ꝛ dicitur esse tyrannus pisciũ: qꝛ nõ solũ deuorat pisces alterius speciei: sed etiam eiusdem speciei cũ eo. Unde ṽsus. Lucius est piscis rex ꝛ tyrãnus aquaruꝫ. A quo nõ differt lucius iste parum. Est enim piscis dure carnis ꝛ natatu velox.

¶ Secūdus est parca/a parco parcis parcere dicta p ɔtrariū: q nulli pisci parcit. imo irata vulnerat alios pisces suis squamis: q̄s hʒ supra dorsum. nec eā audet iuadere lucius. imo vt narrat Albertus d̄ naturis aīalīū. est naturalis amicicia parce ⁊ lucij. Lucius. eīm lesus ab alio difficulter sanaẜ: sed lesus q̄rit parcam: q̄ vidēs euʒ lesum tangit ⁊ lenit vulnus lucij: ⁊ sic lucius sanaẜ. Et est parca similiter piscis dure carnis notꝰ theutonice eynbaers. ¶ Tertiꝰ piscis est saxaulis vel saxaulus piscis marinꝰ apud gallicos dictꝰ sola. Alij dicūt q̄ est piscis theutonice dictꝰ/eyntōghe/⁊ ē piscis multū sanus inter pisces marinos. ¶ Quartus est albica teuthonice/vvitinc/⁊ est piscis marinus. ¶ Quintus est teuca q̄ est dulcis aque notus. pellem hn̄s lubricā atq̧ viscosam: ad nigredinē tendēs: sed eius caro est dura. Vn̄. ab istis tribꝰ piscibꝰ q̄ sunt lucius: parca: ⁊ teuca: post eoꝝ coctiōeʒ auferẜ pellis. Et diciẜ iste piscis teuthonice/ytinke. ¶ Sextus est gornus ⁊ ē piscis minimꝰ marinꝰ albus ad quātitatē medie partis medij digiti quo ad lōgitudineʒ qui comeditur cum capite ⁊ spinis ⁊ dicitur theuthonice/eyngaernaert. ¶ Septimus est plagicia. ⁊ est piscis marinus notus latus: habens in vna parte sue pellis maculas rubeas: ⁊ pellis est tota alba: curuuʒ os habēs theuthonice/ eyn pladys scol. ¶ Octauus est parca q̄ est piscis dulcis aque notus. multū tn̄ de se est viscosus: sed a magnatibus decoquiẜ in vino. ⁊ sic ab eo tollitur eius viscositas. ¶ Nonus est galbio/⁊ est piscis marinus notus a q̄busdā dictus rogetus theutonice roethaert. ⁊ est piscis dure carnis ⁊ sanus. Alij textus hn̄t gouio/⁊ ē piscis paruus dulcis aque ad longitudineʒ vnius digiti longi: ⁊ est rotundus ⁊ suauissimus gallice/gouion. ¶ Vlterius ē truca/q̄ est i carne similis salmoni. nec tn̄ est salmo. ⁊ est lōgus ⁊ nō grossus. Et capiẜ in magnis fluuijs ⁊ pmittit se fricari i aqua ⁊ sic capiẜ. ⁊ ex eo fiūt pastilla cum speciebus. ⁊ est piscis valde p̄ciosus galice truytes.
¶ Circa electionē vero pisciū sciēdū est p̄mo q̄ pisces respectu carnium ceteris paribus mioris sunt nutrimenti ⁊ facilis digestiōis. ⁊ nutrimentū eoꝝ est plurīū sup̄fluitatū ⁊ fleumaticū ⁊ frigidū ⁊ humidū ⁊ minus nausiuuʒ. Et sunt ad digerendū duri: ⁊ longā faciūt morā in stomacho. Et q in eoꝝ digestiōe laborat stomachus: ⁊ interdū corrūpūtur i stomacho: ⁊ qualitatē quandā suscipiūt putredinalē: sitim generant. Et vt sic audeaʒ dicere carniū laudabiliū nutrimētū melius est nutrimēto pisciū ¶ Scd̄o sciendum est q̄ pisces marini sunt meliores in regimine sanitatis ceteris paribus piscibus aque dulcis. Eoꝝ enim nutrimentuʒ est minus sup̄fluicum ⁊ nature carnium magis ꝓpinquū. Sed q ceteris paribus pisces marini sunt durioris carnis piscibꝰ aque dulcis. ideo sunt difficilioris digestionis ⁊ resolutionis ⁊ pluris nutrimēti ⁊ purioris. Veruʒ est tamen q̄ in egris magis conferunt pisces aque dulcis propter debilitatem digestiue eorum. ¶ Tertio sciendum est q̄ in piscibus tam marinis q̄ꝫ aque dulcis eligendi sunt quorum caro est alba non viscosa sʒ frāgibilis: non multum grossa sed subtilis. non grauis odoris sed suauis

nec cite putrefactiõis sȝ sufficientis duratõnis. nõ mali coloris sed boni ꝛ quorum habitatio nõ est in lacubus stagnis nec in locis sordidis: nec ĩ aquis habẽtibus malas herbas. Et eligendi sunt nõ valde iuuenes nec valde magni: ꝛ q̃ sũt velocis motꝰ ꝛ pauce viscositatis. Et si sint pisces marini eligẽdi sunt q̃ capti fuerũt in fluminibꝰ multũ distantibꝰ a mari ꝛ hoc ceteris cõditõibus bonis suppositis. Itē suppositis predictis cõ ditõibꝰ: quãto pisces sunt squamosiores tanto sunt meliores. Et silr̃ ĩtelligit̃ de spinis: quia spine multe ꝛ squame significãt puritatẽ substã tie piscis. Item inter pisces marinos meliores ꝛ puriores sunt q̃ capti ꝛ nutriti sunt in mari ꝓfundiori ꝛ magis agitato ad quod est cursus plu- rium fluuioꝝ. Et ergo capti in mari septentrionali qđ magis est agita- tum ꝛ magis tempestuosuȝ ꝛ velocioris fluxus ꝛ refluxus meliores sũt captis in mari mortuo vel meridionali. Et similiter intelligẽdum est de piscibꝰ dulcis aque. Nã ceteris paribꝰ quãto aqua est ꝓfundior ꝛ mo- bilior/tanto piscis in ea nutritus est melior. Et ex his sufficiẽter eligi po test qui pisces sunt vituperabiles/et qui laudabiles. Pisces eñ bestia- les sicut porcus marinus/canis marinus delphin ꝛ morua/ non multuȝ competunt in sanitatis regimine. Sunt enim difficilis digestiõis ꝛ gros si humoris ꝛ multe sup̃fluitatis: nec in carnibus predictoꝝ piscium ap- parent conditiones superius numerate puta albedo subtilitas ꝛc. Et si hos pisces ꝛ ꝯsimiles comedi contingat non statim sunt coquendi ꝛ co medendi postq̃ capti sunt: sed obseruandi sunt per aliquos dies quous q̃ eoꝝ carnes mollescãt ꝛ tenerescant sine substãtie corruptõne. Et etiã predicti pisces meliores sunt semisalsi q̃ recẽtes: aut perfecte salsi. Int̃ alios autem pisces marinos consideratis cõditionibus supradictis lau dabiliores videntur/rogetus ꝛ gornatus siue gornus. Nam eoꝝ caro ꝛ substãtia ē purissima. ꝛ post hoc plagicia ꝛ sola: sed hoꝝ est magis visco sa ꝛ minus frangibilis ꝛ minus alba ꝛ magis grossa ꝛ minꝰ subtilis: nec hoꝝ sapor aut odor est ita delectabilis ꝛ forte piscis merlengus est lau- dabilior post rogetũ. Non est eñ tante grossiciei ꝛ viscositatis sicut pla- gicia ꝛ sola ꝛ eius substantia est satis frangibilis: sed cõsideratis sapore ꝛ odore cũ colore ꝛ substantie puritate ꝛ mobilitate deficit in bõitate a rogeto ꝛ gornato. ꝛ similiter intelligatur de alece. Et morua iuuenis sa- tis appropinquat predictis in bonitate ꝯsideratis p̃dictis cõditionibus est tamen grossior ꝛ viscosior predictis piscibus. Salmões aũt ꝛ turboti ꝛ maquerelli multum deficiunt in bonitate: sunt eñ multum grossiores ꝛ viscosiores ad digerendũ difficiliores ꝛ magis sup̃fluitate pleni. vnde non competunt nisi exercitantibus fortibus iuuenibꝰ cum quibusdam salsis eorum viscositati grossiciei ꝛ frigiditati repugnantibus. Inter pi- sces autem dulcis aque ꝯsideratis predictis cõditiõibus parca ꝛ lucius mediocris primum gradum bonitatis obtinẽt: supposito q̃ sint pĩgues deinde vendosia ꝛ deinde lopia. Et q̃uis carpa sit squamosior predicti tamen non habet carnem adeo albam ꝛ frangibilem ꝛ subtilem sicut lu

cius ꝛ parca: ꝛ sepius reperitur in stagnis. Et vniuersaliter ceteris pari bus meliores sunt pisces dulcis aque qui capiũtur in aqua petrosa cur rẽte versus septẽtrionẽ ꝓfunda multe agitatiõis ad quã nõ ꝯfluũt sor= dities ciuitatũ: in qua etiã nõ sunt herbe male. Cancri autẽ fluuiales ꝛ marini multi sunt nutrimẽti ꝛ nõ facile in stomacho corrũpuntur veruꝫ sunt difficilis digestiõis. ¶ Sciendũ est insuper ꝙ pisces recentes corpꝰ humectant ꝛ lac ꝛ sperma multiplicant ꝛ multũ cõpetunt colericis. Et nõ sunt comedendi pisces post forte exercitiũ vel fortẽ laborẽ: quia tũc de facili in stomacho corrũpuntur. Et caueãt abvsu pisciũ habentes sto machum debilem vel malis humoribus plenũ. Amplius sciendũ ꝙ pi sces grossi semisalsi meliores sunt ꝙ̃ recentes pisces. Et saliti multi tẽ= poris nõ sunt boni. Item nõ sunt comedendi pisces ꝛ carnes simul nec pisces ꝛ lacticinia: nec sunt comedẽdi pisces post alios cibos. Itẽ pisces laudabiles paꝝ saliti ꝛ in pauca q̃ntitate sumpti: reuocant appetitum ꝛ ipsum corroborant: si quis habuerit appetitum ad eos.

Vocibus anguille praue sunt si comedantur.
Qui phisicam non ignorant hec testificantur.
Caseus anguilla nimis obsunt si comedãtur.
Ni tu sepe bibas ꝛ rebibendo bibas.

¶ Hic autor subdit ꝙ anguilla est piscis insanus maxime nocẽs vocibꝰ ꝛ hoc ꝓbat sermõe medicoꝝ ꝛ naturalem philosophiã studentiũ. Et ra tio est: q2 anguilla est piscis limosus viscosus ꝛ maxime opilatiuꝰ: ꝛ mul tum deficit a cõditionibꝰ boni piscis ꝑus narratis in parte ꝑcedenti. Et quod dictũ est de anguilla etiã intelligendũ est de lampreda: licet lãpre de parue laudabiliores sunt anguillis ꝛ minus ꝑiculose. cum nõ sint tã te viscositatis ꝛ grossiciei sicut anguille. vt patet ad sensum. Unde salua reuerẽtia vtentiũ isti pisces sunt valde periculosi ꝙ̃uis oĩ sint saporosi. Hoꝝ eñ piscium in aqua similis est generatio generationi serpentũ in terra. Unde multum dubitandũ est ꝙ nõ sint venenosi: vnde eoꝝ capi= ta ꝛ cauda in quibus venenũ cõsueuit esse: ꝛ similiter interior spina nul lo modo sunt edenda. Bonũ est etiã ꝓpter eaꝝ viscositatem ꝙ submer gantur in vino optimo viue ꝛ dimittantur ibidem quousq; mortue sint: ꝛ deinde ꝑparent cum galentina optimaꝝ specieꝝ/ scd̃m ꝙ coci magno rum dominoꝝ facere ꝯsueuerũt. Bonũ est tamen ꝙ prebulliantur ꝑmo duabus ebullitionibus in vino ꝛ aqua. ꝛ illa abiecta decoquantur ad ꝑ fectionẽ: ꝛ fiat galentina vel pastillatura vel assatura cũ salsamento ap propriato videlicet cũ salsa viridi cũ fortibꝰ speciebus ꝛ vino in hyeme ꝛ cum debilibus speciebꝰ ꝛ agresta ꝛ aceto in estate. Cõmodiosius tamẽ est manerіem huiusmodi piscium dimittere. Deinde subdit textus ꝙ ca seus ꝛ anguilla multũ nocent si comedantur. ꝛ istud intelligenduꝫ est si in magna quantitate sumantur. quoꝝ cause dicte sunt ꝺ caseo ibi. Per= sica poma ꝛc. Et de anguilla nunc dicta est causa. Postea dicit textus

q̄ si ista sumantur cum frequenti potatione vini malicia eorum corrigitur ⁊ istud non debet intelligi de vino subtili ⁊ penetratiuo. nec de vino quod datur via potus cōductiui. quia tale nō debet dari super cibuꝫ generatiuum mali humoris quando comeditur nec ante ipsuꝫ nec postq̄ fuerit digestus. vnde vult Auicenna tertia primi. capitulo de regimine aque ⁊ vini. quia tale vinum magnum nocumētum induceret penetrare eñ faceret humorē malum ex hoc cibo genitū vsq̄ ad extrema corporis: qui forte nō sufficeret penetrare sine vini auxilio ⁊ cōductu. Sed ītelligendū est istud de vino forti: nō multū penetratiuo sepe ⁊ in parua quātitate dato gratia ꝑmixtiōis ciboꝝ. Tale eī corrigit maliciā ciboꝝ/ ꝯfortat digestionē ⁊ dirigit fleumaticos humores ⁊ frigidos. quare iuuat ad digestionem casei ⁊ anguille/ que male digestionis sunt.

Inter prandendum sit sepe parūq̄ bibēdum.
Si sumas ouum molle sit atq̄ nouum.

¶ Hic autor tangit duo nocumēta. Quoꝝ ꝑmū est q̄ comedēs in prandio vel cena dꝫ vicissiꝫ comedere ⁊ bibere mltiplicādo vices bibitōis sꝫ ꝑ qualibet vice paꝝ potus sumere. Et facere nō debet queadmodū bruta q̄ totū cibū capiunt: ⁊ postea bibūt. quia sic potus melius cibo permiscetur: ⁊ cibus exinde reddit remollitus ⁊ digestionis capacior. ¶ Et circa istud est sciendū q̄ triplex est potus. scꝫ permixtiuus/ delatiuus/ ⁊ sitis sedatiuus. Istud autem quod dictum est intelligendū est de potu ꝑmixtiuo ciboꝝ. Iste eñ potus debet vicissim recipi cuꝫ cibo. Et saluo meliori iudicio nō dꝫ iste potus differri vsq̄ ad finem comestiōis nec debet expectari sitis. Et iste potus maxime ꝯpetit quādo sumunt cibaria actualiter sicca vel virtualiter: sicut patet in laborantibus comedentib⁹ panē siccū. Sed potus sitis sedatiuus regulariter ⁊ hominibus bene dispositis debet differri vsq̄ ad finem comestionis. tunc eñ est vera sitis ꝑpter estuationeꝫ cibi calidi ⁊ sicci. Nō eñ multū rōnabile est q̄ simul vigeāt sitis ⁊ fames: q̄ sunt appetitus ꝯtrariū. Et debet iste potus dari ꝭm pl⁹ ⁊ minus: scđm q̄ maior vel minor est sitis. Potus vero delatiu⁹ maxie cōpetit completa ꝑma digestione regulariter ⁊ parum ante horam suscipiendi alium cibum sequentem. Et talis potus specialiter cōpetit qñ cibaria primit⁹ sumpta fuerint grossa in substātia: nec debet expectari sitis ad talem potum suscipiendū. Nā talis potus preparat stomachū ad suscipiēdum cibū sequentē ⁊ iuuat trāsitū cibi ad epar a stomacho: nec debet talis potus esse magne quantitatis vt cito possit digeri. Ante eñ eius digestionē nō transit ad epar. Et istud veꝝ est nisi talis potus delatiuus fuerit aqua in qua non oportet expectare digestionē ante penetrationē eius ad epar. Regulariter autem potus cōueniens delatiuus aūt etiā permixtiuus non debet esse aqua sed vinū vel aliquid ꝓportiōabile vino puta ceruisia vł cerasariū vel pomeꝝ vel mellicratū vel aliquod simile: quibus omnibus vinū est melius. ¶ Sciendum secundo q̄ q̄to

cibus est grossior & siccior & frigidior/tāto potꝰ ꝑmixtiuus & delatiuꝰ dꝫ esse maior. & ecōuerso ꝙ̄to cibꝰ est calidior subtilior & humidior/tāto potus delatiuꝰ & ꝑmixtiuꝰ dꝫ esse minor. Et quāto cibus est grossior & frigidior & digestiōi inobediētior/tanto vinū ꝑmixtiuū vel delatiuū dꝫ esse subtiliꝰ & fortius. Et ꝙ̄to cibus est subtilior calidior & digestibilior potꝰ debet esse debilior vel vinū debilius. vn̄ fortius vinum bibendū est cum carnibus bouinis ꝙ̄ pullinis. & fortius bibendum est cū piscibus ꝙ̄ cuꝫ carnibus regulariter. Secundū documentū est ꝙ sumens ouum debet ipsum sumere qn̄ est molle & nouū. cuius causa dicta est supra.

Pisam laudare decreuimus ac reprobare
Pellibus ablatis est bona pisa satis.
Est inflatiua cum pellibus atqꝫ nociua.

¶ Hic ponitur vnum notabile de pisis: & est ꝙ pisa aliquo modo laudātur & aliquo modo vituperant̄. Laudantur em̄ qn̄ comeduntur ablatis corticibus. vituperantur vero quando comeduntur cū corticibus & pellibus: quia tūc sunt inflatiā. Et ergo nō est artificiale ea comedere simul cum cortice: quia medullarū & corticum nature discordant. Alterꝫ enim laborat vt soluat & exat. Alterū obuiat vt ꝯstringat vt dicit ysaac in dietis vniuersalibus. quare in corpore fit motus agitatiuus inducens torturam & inflationē. Et istud nedum veritatem habet de pisis: verūetiaꝫ de oībus leguminibꝰ sicut fabis faceolis lentibus & similibus. Et spāliter de habentibꝰ multū corticē sicut fabe & cicera nigra. Cortex etiā in omībus est peioris nutrimēti ꝙ̄ medulla. Et circa istud est sciendum ꝙ est vna maneries pisorū alborū rotundorum habentium corticem exteriorem valde paucum & subtileꝫ & ista pisa securius possunt comedi cū cortice ꝙ̄ alia ꝙ̄uis melius sit ꝙ depurentur a cortice. Et q₂ dictū ꝓcedēs veritatē habet de omnibus leguminibꝰ. Sciendū est ꝙ legumina recētia minus habent de cortice: & in eis minor diuersitas est inter corticē et medullā: & facilius digeruntur. & ideo dicunt aliqui ꝙ magis cōpetunt corporibꝰ sanis. sed nō est ita: quia legumina recentia sunt plurimaꝝ superfluitatū & corruptibilioris substātie q̄re minꝰ cōueniūt corporibus sanis. Et ideo pro veritate tenendū est ꝙ legumina sicca d̄pilata a cortice exteriori sunt saniora ꝙ̄ recētia nō depilata: sed viridia sūt saniora siccis nō depilatis. Sciēdū vlterius ꝙ q₂ oīm leguminū substantia est inflatiua & difficilis digestionis: & eoꝝ nutrimentum malum non competit in regimine sanitatis. sed brodium siue decoctio ipsorum conueniens ē q₂ eorum decoctio ventris est subductiua id est laxatiua vrine prouocatiā & venarum deopilatiua. Unde satis conuenit temporibus in quibꝰ homines vtuntur cibis grossis & opilatiuis puta tempore ieiuniorum. In isto enīꝫ brodio siue in ista decoctione cōuenienter facta non sunt nocumenta que sunt in substantia. vnde in ea non est inflatio nec difficultas nutritionis & digestionis: nec malicia nutrimenti. Fit autē ista decoctio

ista decoctio p istũ modũ. In sero enĩ ponunt cicera vel pisa in aq̃ feruenti. et in eadẽ lõgo tp̃e manib⁹ ꝯfricant. deinde p̃dicta aqua tota nocte tẽperet: et in eadem sequẽti nocte bulliãt duabus vel trib⁹ bullitionib⁹. et postea colet: et colatura reseruet: et appropiquãte hora refectionis p̃paretur cũ cinamomo et croco et aliquantulum vinũ addat et deinde vnico feruore bulliat: et sumatur in p̃ncipio refectõis. Et brodiũ seu pureta cicerum et pisorum rotundorꝫ alborum est melius et conuenientius et nature amicabilius. Et similiter eorum substantia.

Lac ethicis sanum: caprinum post camelinum
Ac nutritiuum plus omnibus est asininum
Plus nutritiuum vaccinum sit et ouinum
Si febriat caput et doleat non est bene sanum.

¶ Hic ponunt quedã documenta circa electionẽ lactis. Primuꝫ est ꝙ lac caprinũ est sanuꝫ ethicis. i. cõsumptis et maceratis vel hn̄tibus febrẽ ethicã. Et istud vult auicẽ. scd̃o canonis capi. de lacte dicẽs. Lac caprinũ et lac asininũ sunt bõa ethice. et idẽ vult p̃ria q̃rti tractatu tertio cap. d̃ rememoratõne medicinarꝫ humectãtiũ ethicos. Et rõ etiã est q: lac caprinũ est temperatũ scd̃m auicen. secundo canonis capitu. de lacte. et etiaꝫ multi nutrimenti. vt vult hic textus. Et post istud lac valet camelinum. Istud eniꝫ subtile est multe aquositatis et humiditatis: quare potest humectare eos. verꝫ est tñ ꝙ istud lac ꝓpter suã nimiam humiditatẽ parũ nutrit quare minus eis cõuenit q̃ꝫ caprinũ. Istud tñ lac camelarũ et maxime nouiter fetarꝫ cõfert ydropisi valde et patientibus dolorem in epate et renouat epar scd̃m auicen. scd̃o canonis capi. de lacte. Scd̃m documentũ est ꝙ lac asininũ plus ceteris lactib⁹ ethicis cõuenit. Et istud verum est cõparando lac asininuꝫ ad lac aliorꝫ brutorꝫ q: lac asine declinat ad frigiditatẽ et humiditatem et est subtilius et citius penetrans et tardius coagulabile q̃ꝫ lac aliorꝫ brutorꝫ secũdum gallienũ septio de ingenio capi. septimo. Et istud idem vult auicen. prima quarti loco preallegato dicens. Et non est lac post lac mulieris sicut lac asine. Et prius dicit. Et ꝓprie lac asine eradicat ethicam si fuerit ei eradicator. Comparando tamen lac asine ad lac mulieris minus cõuenit. Lac enĩ mulieris sugendo sumptũ cõuenienti⁹ est omnibus. vt vult Auicenna p̃ria q̃rti loco preallegato. Et ratio est quia lac humanum siue muliebre subtili⁹ ẽ frigidius et humidius et nature hũane magis simile velocius penetrãs citius digestũ et magis nutriens. Et debet istud lac dandũ ethicis q̃ꝫtũ possibile est mulgeri magis ꝓpe lectũ infirmi et ei protin⁹ sine mora admĩstrari ne ab aere corrũpatur Et circa istud sciendũ est ꝙ nõ sp ꝯuenit ethicis lac mulieris aut asine imo in aliq̃b⁹ casib⁹ lac acetosuꝫ siue ebutyratũ ẽ vtilius ethicis q̃ꝫ lac mulieris aut asine. Quorꝫ p̃mus est qñ cũ ethica ẽ solutio ventris. Scd̃us est qñ est suspitio de coagulatiõe lactis in stomacho vel de ardore vehemẽti febris. vel q: stomach⁹ de se est co

lericus vt lac in colerā ꝯuertat. ¶ Tertius est qñ cū ethica ꝯplicat̃ putri da p̄cipue qñ in inferiorib⁹ nō fuerint multe opilatōes. nā lac acetosū restringit ventrē ꝛ nō faciliter colerisat̃: qꝛ priuatū est butyrositate: ꝑ quā faciliter lac inflāmatur. nec in putrida febꝛe cito putrescit ꝓp eandē cāz. ¶ Quartus est si stomachus fuerit soꝛdidus: tūc ei lac facile in eo corrūpitur. Quintus si ethicus abhoiet̃ lac dulce ꝛ integꝝ ꝛ nō acetosū siue ebutiratū. ¶ Tertiū documētū est ꝙ lac vaccinū ꝛ ouinū sunt magis nutritiua: qꝛ pinguioꝛa ꝛ grossioꝛa sunt alijs vt dicit auicē. scd̄o canonis. capitu. de lacte. Et ibidē de lacte vaccino dicit. Lac oīs aīalis cuius p̄gnatio ꝓlixioꝛ est p̄gnatōe mulieris est malū: q̄ꝓpt̃ ꝓpoꝛtionabile est illd̄ qd̄ est ꝓximū sicut vaccinū. Rasis ꝟo tertio almasoꝛis. ca. de lacte dicit Vaccinū em̄ lac omni lacte cuiuslibet aīalis alterius grossius iudicatur qd̄ etiā oībus sui coꝛpis pinguedinem adipisci volentibus ꝯuenientius existit. ¶ Quartū documentū est ꝙ lac nocet habenti febꝛē ꝛ doloꝛez capitis. Cuius causa dicta est supꝛa ibi. Persica poma pira ꝛc.

Lenit et humectat: soluit sine febꝛe butyrum.

¶ Hic autoꝛ ponit tres pꝛopꝛietates butyri quas ipsum inducit in coꝛpoꝛe hūano. Pꝛima est ꝙ butyrū lenit ventrē siue mollificat atq̧ lubꝛificat: hāc ꝓꝑetatē facit sua vnctuositate. ¶ Scd̄a ꝓpꝛietas est ꝙ butyꝝ est humectatiuū qꝛ ex melioꝛib⁹ ꝑtib⁹ lactis ꝯpositū est. ꝛ ita sibi ꝯuenit humectare sicut ꝛ ipsi lacti a q̄ extrahit̃. ¶ Tertia est ꝙ soluit vētrē. i. est ꝓuocatiuū secessus. ꝛ hoc facit qꝛ lubꝛicitatē īducit in ītestinis. Et istas ꝓpꝛietates eius etiā ponit auicē. scd̄o canōis. ca. d̄ butyro. Et īducit butyruz istas tres ꝓpꝛietates in coꝛpoꝛe nō febꝛicitāte. Nociuū tñ est coꝛpi febꝛienti: qꝛ butyꝝ sola vnctuositate de facili inflāmat̃. ꝛ in febꝛiente calorē augmentat. Circa istud sciendū est ꝙ lꝫ butyꝝ inducat p̄dictas ꝓpꝛietates: rōne tñ nimie sue hūiditatis ꝛ vnctuositatis nō ꝯpetit via cibi specialiter in quātitate notabili. Pꝛimo em̄ si q̄s eo vtat̃ i quātitate notabili abhomīationē inducit: ꝛ facit cibū supnatare in oꝛificio stomachi ꝛ ventrez plus debito laxat ꝛ vomitū inducit. Nullo g̃ mō butyꝝ est comedendū via cibi in q̄ntitate notabili. ꝛ spālīter nō comedat̃ post alios cibos: sed ad condimentum cibarioꝝ satis conuenit.

Incidit atq̧ lauat: penetrat: mundat quoq̧ seruz

¶ ¶ Hic ponuntur quatuoꝛ ꝓpꝛietates seri. i. aque lactis. Quaꝝ pꝛima est ꝙ seꝝ est incisiuū siue subtiliatiuū. Secunda est ꝙ est lauatiuū. id est abstersiuū. Tertia ē ꝙ est penetratiuū ꝛ ista seq̄tur ex p̄ma. Quarta est ꝙ seꝝ est mūdificatiuū. i. solutiuū siue purgatiuū. Et tres istarum ꝓꝑetatum narrat auicen. secundo canonis. cap̄. de lacte dicens ꝙ aqua eius scilicet lactis ē subtiliatiua/lauatiua/ꝛ solutiua. ꝛ in ipsa nō est moꝛdicatio Rasis vero tertio almasoꝛis dicit ꝙ seꝝ coleram rubeam expellit. scabiei quoq̧ atq̧ pustulis necnon eis pustulis que in facie nascuntur yctericie etiam atq̧ ei cui foꝛtis vini potus nocuit auxilium pꝛebet.

Caseus est frigidus: stipans grossus quoqꝫ durus
Caseus et panis bonus est cibus hic bene sanis
Si non sunt sani tunc hunc non iungito pani

¶ In hoc textu autor duo facit. Primo ponit quattuor ꝓprietates casei. Quarum prima est q caseus ē frigidus. i. frigide nature. Et istud itelligendū est de caseo recēti q est frigidus ꝛ hūidus: ꝛ nō de veteri q est calidus ꝛ siccus. vt vult auicē. secūdo canonis. ca. de caseo. Uel pōt intelligi de caseo q fit ex sola coagulatiōe lactis absqꝫ alicuius alterius rei cōmixtiōe. Reperit em̄ caseus calide nature calefaciēs stomachum: ac linguā mordicās ex ꝯmixtiōe rerum sibi admixtarū: sicut ē aliqs caseus viridis/ q si ī magna q̄ntitate sumat multū calefacit corpus. Scd'a ꝓꝓ̇etas est q caseus ē stipās. i. ꝯstipatiuus: siue durum vētrē efficiēs. Et istud maxime hꝫ veritatē de veteri ꝛ multū coagulū hn̄te. Tertia est q caseus ē grossus. i. grossi hūoris generatiuꝰ: qd veritatē hꝫ de oī caseo: qꝛ oīs caseus ex grossiori ꝛ terrestriori pte lactis fit. Quarta ē q caseus ē durus. i. duricē vētris efficiēs. ꝛ ista pōt eē eadē cū scd'a. Deinde dicit textꝰ q caseus q̄uis solus sumptꝰ sit insanus: ex q male digestiōis est: vt p̄dictuꝫ est. tn̄ si in modica q̄ntitate misceatur pani: cum ipo pane digestibilis fit ꝛ alr̄s nō. Et istud veritatem habet in corpore sano. in egro aūt nō. Et d' caseo prius dictum est ibi. Nutrit ꝛ impinguat.

Ignari medici me dicunt esse nociuum
Sed tamen ignorant cur nocumenta feram
Languenti stomacho caseus addit opem
Si post sumatur terminat ille dapes
Qui phisicam non ignorant hec testificantur

¶ In hoc passu actor fingit ꝑsonam loquentem in specie casei cōtra dicentes vsum casei esse insanum. Et dicit loquens in ꝑsona casei. Ignari medici id est medicinā ignorantes/ dicunt me caseuꝫ esse nociuuꝫ sup plevniuer saliter. ignorant causam cur humane nature nocere dicor. Et post hoc tāgit actor duas vtilitates sumptionis casei. ¶ Prima vtilitas est q caseus ꝯfert egrotanti stomacho. Et circa istud est notandū q nō omnis caseus cōfert opem omni stomacho languenti sꝫ in certis casibꝰ oīs caseus nocet scꝫ stomacho rare texture: ꝛ omni stomacho debilitato ex longa egritudine. Sed caseus recens ꝛ nouus nō multe viscositatis opem cōfert stomacho calido. quia teste Rasi tertio almasoris adustionem ꝛ caliditateꝫ eius reprimit. Et stomacho etiā sicco cōfert ꝓpter eiꝰ humiditatem. Et talibus stomachis multum nocet caseus antiquus siue multum acutus: vel multum coagulum habens. Sed stomacho hebēti multa fleumata eiꝰ pellicul' adherentia: multū ꝯfert caseus āt̄iquꝰ/ vel multū coaguli habēs. quia talis sui acuitate fleuma incidit ꝛ abster=

git. Sed tali stomacho maxie nocet caseus recens ꝛ mollis. Et sic ptʒ ꝙ in aliquo casu caseus semper nocet: ꝛ in aliquo nō. ꝛ ꝙ aliqñ caseus recens ꝓdest: et aliquando vetus. ¶ Scđa vtilitas est ꝙ caseus sumptus post cibum terminat ipsum: quia facit cibum descendere ad illum locuʒ in quo viget digestio scʒ ad fundum stomachi. Et istud totū sciunt q̇ veram scientiam medicine habent. Et de caseo acuto dicit Rasis tertio almasoris. Uerūtamen cuʒ post comestionē parua ex eo gustatur q̄titas os stomachi corroborat. satietatem quoq̧ nimiam atq̧ fastidiū que ex dulcibus ꝛ vnctuosis nutrientibus in ore stomachi ꝓueniūt aufert.

Inter prandendum sit sepe parūq̧ bibendum
Ut minus egrotes: non inter fercula potes

¶ Hic ponit duo documēta. Quoꝝ primū est ꝙ prādēdo .i. comedēdo aliq̄s debet vicissim post cibū sumptū paꝝ ꝛ sepe bibere ita ꝙ nō debet p̄io totū cibū sumere ꝛ postea potū. Et istū versuʒ p̄mū aliq̄ nō habēt q: reuera idē versus in forma pri⁹ expositus ē Scđʒ documētū ē ꝙ iter duas comestiōes / sicut prandiū ꝛ cenā debem⁹ ꝓ posse potū euitare. et hoc si cib⁹ sumpt⁹ i stomacho nōdū fuerit digestus nisi magna necessitas adsit q: talis pot⁹ sumptus impedit ꝛ iterrūpit digestiōeʒ cibi p̄mo sumpti cibū facit idigestū de stomacho descēdere: atq̧ appetitū deicit circa cibū i cena sumēdū: ꝛ corp⁹ ḡuat ꝛ ad dispositionē in qua hō neq̧ sanus eger ē / inclinat siue ad dispositionē preuenientem febrem.

Ut vites penam de potibus incipe cenam.

¶ Hic actor innuit ꝙ cena debet incipi a potu. Et aliqui exponūt metruʒ istud. Si tu vis vitare penā id est infirmitatē prius potes i p̄ncipio cene anteq̧ comedas sed ista exepositio nō valet: q: scđʒ medicos regularius est a cibo cenā incipere q̄ a potu. Et q̄uis iste liber direct⁹ sit anglicis. ipsi tñ hāc sentētiaʒ nō obseruāt q: regulariter quacūq̧ hora diei potū sumūt p̄ponunt morsum panis. Ideo aliter pōt exponi versus iste accipiendo potū ꝓ cibo liquido ꝛ facile digestibili sicut accepit ypocras potū scđa ꝑticula āphorismoꝝ ibi. Facile est repleri potu q̄ cibo. ita ꝙ sensus istius versus sit ꝙ melius est cenam incipere a potu id est cibo liquido et facile digestibili q̄ a grosso ꝛ duro ꝛ difficile digestibili. Cuius ratio est q: si cibus liquidus ꝛ facile digestibilis post sumat̄ cuʒ in nocte supueniente fortificet̄ calor digestiuus cibus liquidus ꝛ facile digestibilis longo tp̄e erit digestus ante grossum ꝛ difficulter digestibilē. Et cuʒ non poterit habere exitum ꝓpter cibū grossum nōduʒ digestum nimis aduret̄ vel si exeat grossum secuʒ rapiet cibū nondū digestū plene. Melius est ergo vt iste cibus liquidus ꝛ facile digestibilis prius sumatur vt tempore quo digestus sit exitum habeat nullo repugnante.

Singula post oua pocula sume noua
Post pisces nux sit. post carnes caseus assit.

E

Unica nux prodest. nocet altera. tertia mors est.

¶ Hic actor ponit aliqua documēta. Primū est q post sumptionez cuiuslibet oui recētis supple et mollis debem⁹ sumere potuz. Et maxime haustū vini. Cuius cā potest esse. q2 ouuz recens ⁊ molle est optimi nutrimēti ⁊ facilis digestionis et est de his que in modica q̄ntitate multum nutriūt ⁊ p̄cipue eius vitellus vt dictū est prius ibi. Oua recentia. Sic ḡ vinū qd est amicū nature facit q ouū auidi⁹ ad mēbra trahit ⁊ ad ei⁹ penetrationē iuuat. Et causa alia etiā potest esse quia ouū tarde per mery descēdit: potus ergo vel vinū iuuat eius descensum. Scdm documētuz est q post comestionē pisciuz debemus sumere nuces loco casei q2 nux sua siccitate impedit generationem fleumatis quod generari solet ex piscibus. Et hinc est q in quadragesima vltimo dant nuces. Tertiū documentū est q post comestionem carniū debemus sumere caseū ⁊ nō nuces: quia nuces nimiū exsiccarent ⁊ caseus nō: sed facit cibū descendere ad fundū stomachi in quo viget digestio. Et istud ē verū de caseo mediocri inter veterem ⁊ nouū. Deinde subdit textus in vltimo versu q vnica nux scz nux muscata p̄dest nature humane ⁊ p̄ficua est q2 bonū odorē oris efficit: visum cōfortat ⁊ similiter epar splenem ⁊ stomachū ⁊ maxie os eius fm Auicē. scdo canonis. ca. de nuce muscata. Sz altera nux scz auellana vel cōis nocet. Auellana quidē q̄m inflatiua ē ⁊ generatiua vētositatū in ventre inferiori. ⁊ facit zoda ⁊ tarde est digestiōis ⁊ excitat vomitū. vt hz Auicēna scdo canonis. ca. de ea. Nux vero cōis q2 etiā facit zoda ⁊ difficilis est digestiōis ⁊ mala stomacho ⁊ hoc calido p̄p̄t ei⁹ caliditatē. Sz tertia scz nux baliste est mors. i. mortē inferēs: q2 p balistam hoīes interficiūtur. Uel potest istud ītelligi de nuce methel: q̄ scdz Auicēnam scdo canonis/ est venenū stupefactiuum: quare mortifera est.

Adde potum piro nux est medicina veneno
Fert pira nostra pirus sine vino sunt pira virus.
Si pira sunt virus sit maledicta pirus
Si coquas antidotū pira sunt. sz cruda venenum
Cruda ḡuāt stomachū: releuāt pira cocta ḡuatuz
Post pira da potum: post pomum vade secatuz.

¶ In p̄mo versu autor dat vnū documentū dicens: q nos debem⁹ post esum piroꝝ sumere potum scz vinū. Cuius cā sufficienter dicta est pri⁹: quia pira sunt generatiua ventositatis: ⁊ de p̄prietate colicā inducentia et sanguinem aquositate replentia. ⁊ ergo cum eis debet potari vinum ⁊ maxime forte calidum: quod est ventositatum carminatiuum ⁊ aquositatū ꝯsumptiuū: q̄s inducūt pira. ¶ Scdo dicit text⁹ q nux est medicina veneno. i. remedium ꝯtra venenū vt p̄us dictū est ibi Allea nux ruta. Deinde in scdo ⁊ tertio v̄sibus innuit q pira sumpta sine vino sunt venena. i. nature nocentia pp cām dictam in primo versu. Ueruz est tū q pira

nõ sunt virus.i.venenū simplicit:q2 si sic comestio eoꝝ mortē induceret. ꝛ pirus ea portās esset maledicta. Deinde in quarto v̄su autor inuit ꝙ pira cruda sunt venenū.i.nocumētum inferentia:q2 faciūt ebullitionē humoꝝ colicā fleumata ꝛ scabiem.si tñ ipa coquanť sunt antidotū.i. medicina mō quo dictū est scꝫ cū vino ꝛ maxime etiā post alios cibos sumpta:q2 sic iuuāt ad expulsionē fecū. Deinde in q̄nto versu dicit ꝙ pira cruda grauant stomachū q2 ip̄m impediūt a digestione ꝛ inflatiua sunt. sed pira cocta releuāt stomachū grauatū: ꝛ disponunt ipsum ad suam naturalitatē. Et in vltimo versu subdit duo. Primū est ꝙ nos debem⁹ post pirū sumere potū ꝑꝑ cām dictā p̄us. Secūdū est ꝙ post esuꝫ pomi debemus ire fecatū.i.ad secessum. ꝛ f̄m Auicē. secūdo canōis.ca. de pomis. Poma dulcia ꝛ acetosa q̄n in stomacho inueniūt humorē grossuꝫ q̄nqꜫ deponunt ipsum in egestione. Ratio tamē textus esse pōt:q2 poma multum inflatiua sunt ventositatem generantia q̄ in secessu emittitur.

Cerasa si comedas tibi confert grandia dona
Expurgans stomachuꝫ:nucleus lapidē tibi tollit
Et de carne sua sanguis eritꜫ bonus.

¶ Hic ponunť tria cōmoda ꝓuenientia ex vsu cerasoꝝ. Primū est ꝙ cerasa expurgāt stomachū. Et istud f̄m quosdam veꝝ est q̄n simul cū eis nuclei terunť:q2 sic simul habent quandā vim abstersiuā ac mūdificatiuam. Secundū est ꝙ nucleus cerasoꝝ.i. arillus hꝫ virtutē frangēdi lapidē renū, vel vesice:si succus sumať vel ex eo fiat lac. Tertiū est ꝙ caro cerasoꝝ est generatiua optimi sanguinis ꝛ ꝯfortās ac impiguās. Et istud experimēto ꝯprobať:q2 videm⁹ passeres q̄ sunt aues multū comedētes cerasa/ꝙ tp̄e cerasoꝝ h̄nt epata multū maiora q̄ꝫ alio tp̄e. signuꝫ ergo est ꝙ magnificāt epar ꝛ cōfortant. ¶ Circa istud tñ est notandū ꝙ duplicia sunt cerasa. scꝫ grossa ꝛ parua. Grossa aūt adhuc duplicia/scꝫ dulcia ꝛ pōtica. Oīa dulcia ꝛ parua sunt insana de facili corruptibilia:ac in corporibus facientia vermes. Grossa pontica dicunť cina/ꝛ illa sunt adhuc duplicia:quedaꝫ sunt rubea ꝛ mollis carnis. ꝛ talia debēt recentia comedi: ꝛ in principio mēse. ꝛ habent vim abstersiuā stomachi atqꜫ appetitū incitandi. Alia sunt cina nigra ꝛ grossa satis dure carnis:ꝛ inter cetera maxime pontica:ꝛ ista debent comedi in fine prandij siue cene. Cuius causa est q2 ista sua ponticitate q̄n in fine mense sumuntur: claudunt orificium stomachi:quo clauso digestio melior ac velocior fit.

Infrigidant:laxant:multuꝫ prosunt tibi pruna.

¶ Hic ponuntur due vtilitates prouenientes ex esu prunorum. Prima est ꝙ pruna infrigidant corpus. et ideo portugalenses in calida regione existentes in decoctione suaruꝫ carnium semper cōmiscent pruna ꝛ maxime damascena. Secunda est ꝙ pruna laxant ventrē:ꝛ hoc ē ꝓpter eorū humiditatē ꝛ viscositatē. f̄m galienum secūdo alimētoꝝ. Et istud est verum de prunis maturis. In crudis em̄ que non sunt matura est stipti

citas: et eorum nutrimentum est paucum. vt dicit Auicē. scdo canonis. cap. de eis. Et ista scda vtilitas licet etiā multū ꝯueniat prunis damascenis sicut et prima. maxime tamen ꝯuenit prunis armenis. i. deportatis ex terra armenia quia meliora sunt omnibus et vehemētius soluētia secundum Aui. loco preallegato. ¶ Et pro maiori declaratiōe istarum vtilitatū sciendū est quod pruna matura sunt in vsu et nō imatura. Pruna autem magis nature cōuenientia snut illa que sunt figure oblonge habentia carnē paucā et durā ad aliqualem siccitatem declinantia. et corticē exteriorē tenuē. et debēt esse in sapore nō vere dulcedinis sed debet esse eorum dulcedo attinens alicui acredini: et huiusmodi sunt pruna damascena. talia enim pruna infrigidant vt dictū est. Sunt autem multe alie maneries prunorum: quorum vsus nō est approbandus. Sūt etiam quedam prunella siluestria parua que crescunt in siluis et nō sunt laxatiua: sed ventris restrictiua. et ex his fit aqua que vētris restrictionē facit. Debēt autem pruna que sumuntur propter vētris laxationē prius poni in aqua frigida tunc enim perfectius infrigidāt et humectāt. et colerā quā inueniūt lubricando soluūt: et sic stomachus melius disponitur ad cibum recipiendum. Et est diligenter notandū quod pruna humida recentia sunt magis alteratiua quamuis sint peioris nutrimēti et pluriū superfluitatū: sed pruna sicca magis cōfortant et melius nutrimentum dant corpori. Et sicut dictū est de prunis: sic suo modo intelligatur de cerasis. Verum est tamen quod cerasorum humiditas est subtilior et minus viscosa: vnde minus nutriunt quam pruna.

Persica cum musto vobis datur ordine iusto
Sumere: sic est mos nucibus sociando racemos
Passula non spleni tussi valet est bona reni.

¶ In isto passu tria ponuntur documenta. Primū est quod mustū est bibendum cū persicis. vel persica comedenda sunt cū musto. Cā prime partis est quia mustū est multū calefactiuū: et ebullitionē faciens in corpore nostro. hanc autem ebullitionē et calefactionem prohibent persica sua frigiditate. Cā secunde partis est: quia persica sunt multum frigida et corpus multum infrigidantia ergo super ipsa debet bibi illud vinū quod plus calefacit. Illud autem est mustū quod scitur experientia. Et de ordine comedēdi persica et multis alijs dictū est prius ibi. Persica poma pira. Secundū documētū est quod racemi debent comedi quando comeduntur nuces. et maxime antique et sicce. Recētes enim nuces sane sunt per se. sed antique sicce nimium exsiccant. et propter earum vnctuositatem de facili inflāmationem in corpore inducūt. quare cum eis comedi debent racemi qui resistunt inflāmationi et exsiccatōni: cū humectēt. Et de nucibus ample dictū est ibi. Allea nux ruta. Tertiū documētū est quod passula. i. vua passa nocet spleni: quia inducit opilatiōem ei⁹. Sed vua passa vtilis est renibus: quia ex quo ipsa est vrine prouocatiua: ipsa est lauatiua renum. Ex multa enim aquositate ad renes ducta ipsi renes mūdificantur. Et de vuis passis siue passulis etiam dictum est supra ibi. Nutrit et impinguat.

Scrofa: tumor: glādes: ficus cataplasmate cedit

Junge papauer ei confracta foris tenet ossa.

¶ Hic ponunt due vtilitates puenie͂tes ex emplastratione ficuu͂. Prima est q̃ ficus decocte in aliquo liquore videlz in aq̃. et tunc superposite cum humiditate curant istas tres egritudines. scz scrofulas/ glandes/ et tumores. Per scrofulas intelliguntur inflationes sub mento circa collu͂ Et dicit scrofula a scrofa. quod idez est quod sus siue porca. Uel q2 ista egritudo multum accidit porcis propter gulositatem eorum. vel q2 eius figura s͂m plurimu͂ assimilatur porcis. vt vult Auice͂na tertia quarti. tra ctatu secu͂do ca. de scrofulis. Per glandes vero intelliguntur apta͂ta q̃ co͂iter solent accidere sub ascellis et inguinibus Et per tumorem possu͂t intelligi inflationes in qualibet parte corpis. Unde pro istis apta͂tibus curandis et maxime matura͂dis debet decoqui ficus in aqua: et ipsi aque debet co͂misceri modicum aceti: vt acetum iuuet penetrationez virtutis ficus: et decoctione facta ficus debe͂t teri in mortario et deinde misceri cu͂ modica aqua cum qua bullite sunt. vnde cataplasma ppie est medicia facta ex aliqua re et succo eius. Juxta illud metru͂. Tunc cataplasma fa cis cum succum ponis et herbam. ¶ Secunda vtilitas est q̃ ficus cu͂ pa pauere cataplasmate retinent ossa fracta. et debent decoqui insimul cuz aqua absq3 appositio͂e aceti. et debent simul teri et addi eis aqua decocti onis eaꝝ et tu͂c supponi. Et causa istius potest esse: q2 papauer est stupe factiuu͂. et per illud tollitur dolor qui accidere solet in fractione ossiu͂: et p uocat somnu͂. Ficus similiter facit moueri humiditates ad exteriora: q̃ bus humiditatib9 ad ossa motis ossa possunt retinere adnascentia͂. nu͂q3 tamen vere ꝯtinuari. Aliqui tamen textus habe͂t loco tenet trahit: et tu͂c sensus est melior. Unde papauer est triplex. scz album/ nigrum/ et rubeu͂ Rubeum autem est siluestre et venenosum: et crescit in bladis: et iuuenes solent terere flores et facere incaustum ex ipsis floribus.

Pediculos venereq3 facit: sed cuilibet obstat.

¶ Hic ponu͂tur due opationes ficuu͂. Prima est q̃ ex comestione ficuu͂ sequitur multitudo pediculoꝝ in corporib9 humanis. Et istud maxime veritate͂ habet de ficubus siccis vt dicit Auicenna secu͂do canonis. cap̃. de ficubus. Et causa s͂m eum ibi est ppter maliciam et corruptione͂ hu moris generati ex eis. Et alia ca͂ etia͂ po͂t esse: q2 ficus puoca͂t multu͂ su dore͂: ex quo seq̃tur generatio pediculoꝝ. Secu͂da opatio est q̃ ficus in citant appetitu͂ coeundi: q2 genera͂t ventositatem q̃ iuuat ad erectionez virge: et similiter sunt multaꝝ supfluitatu͂ et sperma augmentantes.

Multiplica͂t mictu͂: ventrem dant escula strictu͂.
Escula bona dura: sed mollia sunt meliora.

¶ Hic ponuntur due vtilitates esculoru͂. Prima est q̃ multiplicant mi ctuz siue vrina͂. Cuius causa potest esse q2 indura͂t feces. et sic aquositas fecu͂ est causa multitudinis vrine. Uel po͂t sumi ca͂ similis illi que sumi tur ex illo amphorismo/ vrina nocturna multum facta medicuz secessuz

significat in die et ecōuerso qui multas habuerit cameras nocturnas de mane hz paucā vrinā. Cuius cā est q2 si multa fiat digestio/ multū d hu midītate q̄ transire deberet ad vesicā simul cū ea exit. Et si vrina fiat mlta: multum de humiditatib9 que transire deberent cū egestione: et eā magnificare cū vrina euacuant. ¶ Secūda vtilitas est q esculā ↄstipāt vētrē. et istud accidit pp eoꝝ pōticitatē et stipticitatē. Ex q̄ infert text9 q esculā dura sunt bona. et hoc q2 ↄstringūt vētrē et ergo ꝓsunt vētri nimiū laxato. Sed mollia escula sunt meliora duris q2 meli9 nutriūt et min9 vētrem ↄstipāt. Et circa istud est sciēduz q escula min9 ↄpetūt nutrimēto q̄ȝ poma/pira/ꝑsica/ficus/et similia. qd satis oñdit austeritas saporis eorū et duricies substātie eoꝝ postq̄ȝ in arbore maturata sunt. et g̊ ex his parū dȝ comedi: et magis recipi debēt via medicine q̄ȝ cibi. Et q2 v̄tus eoꝝ est stiptica valde/satis ↄpetunt in fluxu vētris. Et q2 escula in arbore nō mollescūt mollicie sufficiente ad esum. ideo anteq̄ȝ comedant remolliātur. et tunc sunt magis delectabilia gustui et minus stiptica.

Prouocat vrinam mustum: cito soluit et inflat.

¶ Hic ponūtur ꝓprietates tres musti. Quaꝝ p̄ma est q mustum ꝓuocat vrinam. Cuius causa est: quia in musto sunt partes terrestres nitrose mordicantes vesicam cum ad eam veniunt. et pp eaꝝ mordicationem vesica citius nitit eas expellere et ipsum mustū. Et ista ꝓprietas intelligenda est de mustis hn̄tibus feces mordicantes: sicut musta plurima renensia. q2 musta hn̄tia feces grossas nō mordicantes: sed magis opilantes: impediūt vrinā sicut p̄us dictū est ibi. Impedit vrinā. Secunda est q mustū cito soluit vel laxat ventrem propter eandem causam dictam in prima ꝓprietate. Tertia est q est inflatiuū propter ebullitionem quā facit in corpore: ex qua ꝓueniunt ventositates. Et cause istarum duarū ꝓprietatum dicte sunt prius ibi. Impedit vrinam.

Grossos humores nutrit ceruisia: vires
Prestat et augmētat carnem: generatq̄ȝ cruorē.
Prouocat vrinā: ventrē quoq̄ȝ mollit et inflat.
Infrigidat modicū: sed plus desiccat acetum
Infrigidat macerat melanc. dat sperma minorat.
Siccos infestat neruos. et pinguia siccat.

¶ In hoc textu autor duo facit. Primo ponit octo ꝓprietates ceruisie. Quaꝝ prima est q ceruisia facit ī corpore nostro grossos hūores. et istud maxime habet veritatem respectu vini. Et diuersificatur ceruisia in generando grossos humores ex parte suoꝝ componentiuȝ. Nam ceruisia ex grossiori substātia grossiores humores generat et ex min9 grossa minus grossos. Secunda est q ceruisia augmētat vires. Et istud est intelligendum de ceruisia ex optimis granis composita et que plurime decoctionis est: cuiusmodi est ceruisia ostrensis. ista em̄ multū nutritiua est

ꝛ ergo vires augmentat. ¶ Tertia est ꝙ augmentat carnē. Et istud puenit propter multam eius nutritionem. Quarta est ꝙ multiplicat sanguinem eadem de causa. Et iste tres vltime ꝓprietates habent veritatē de ceruisia antiqua multū decocta: ꝛ de optimis granis ꝯposita. ¶ Quinta est ꝙ ꝓuocat vrinā. Sexta est ꝙ laxat ventrē. Et iste due ꝓprietates maxime habent veritatē de ceruisia clara multū lupulenta .i. in qua plurimū lupuli imponit: cuiusmodi est cerusia amburgensis q̄ ꝓuocat vrinam ꝛ laxat ꝓpter lupulum. Ipsa tamen non valet debilia cerebra habentibus: quia talis de facili inebriat propter multitudinē lupuli. Septima est ꝙ inflat ventrem. Et istud habet veritatez de cerusia modica decoctione cocta. cuiusmodi est coyta hollandie que maxie inflat ꝛ opilat et propterea plurimum impinguat. ¶ Octaua est ꝙ ceruisia modicum infrigidat: cuiusmodi est ceruisia hollandie/brabācie/hānonie: ꝛ flādrie et illa qua communis homo vtitur. Et ista proprietas maxime veritatē habet respectu vini. ¶ Et circa istud est sciendum ꝙ ceruisia potest fieri ex auena ꝛ ordeo ꝛ ex frumēto. et secūdū ꝙ fit ex alio ꝛ alio grano est alterius ꝛ alterius complexionis. Que enim fit ex ordeo plus attinet frigiditati/quia ordeum est frigidum. Que autem fit ex ordeo ꝛ auena minꝰ opilat ꝛ minus generat ventositates ꝛ minus nutrit. Et que fit ex frumēto plus attinet caliditati ꝛ magis nutrit et magis opilat. Et q̄to ceruisia est grossior/tanto est deterior. ꝛ quanto subtilior tanto melior. Et vlterius est sciendum ꝙ pessima ceruisia est que fit ex rebus inebriantibꝰ: puta ex grano quod nominatur lolium/quia ista maxime dolorem capitis generat et neruos ledit. ¶ Deinde ponit textus quinq̄ȝ proprietates aceti. Quaꝝ prima est ꝙ acetum exsiccat. Dicit em̄ Auic. de eo secundo canonis: ꝙ est fortis exsiccationis. Et ꝓpterea medici precipiūt tempe pestis vti aceto cum cibo ꝛ similiter cum potu. Dicit em̄ Auic. tertia primi in capitulo vnico doctrine quinte. Aceto preterea in cibo ꝛ potu vti in pestilentia est nocumenti ipsius securatio. Secunda est ꝙ acetum infrigidat proprietate que in eo est. Tertia est ꝙ macerat .i. facit hominem macrū. Et ratio est quia exsiccat. ꝛ istud maxime verum est de aceto in ieiuno stomacho sumpto/vt vult auicenna tertia primi. doctrina quarta capitulo quinto. de extenuatione crassi. Verū est tamē ꝙ assiduus vsus aceti maxime in ieiuno: multa inducit incommoda/visum debilitat/pectus offendit/tussim commouet/stomachū ꝛ epar ledit/neruos ꝛ iuncturas vehementer opprimit/has arteticis doloribus tremoribus ꝛ parallsibus vexans. Quarta est ꝙ acetum generat melancoliam: eo ꝙ humores infrigidat ꝛ exsiccat. Quinta est ꝙ acetuȝ minorat sperma: ꝓpterea quia exsiccat īfrigidat macerat. Et istas ꝓprietates aceti ponit rasis tertio almasoris dicens. Acetū frigiduȝ est ꝛ siccuȝ: quod ꝛ maciem efficit ꝛ vires destruit/sperma quoq̄ȝ minuit/ꝛ coleram corroborat nigram. rubeam vero coleram ꝛ sanguinē debilitat/ciboſq̄ȝ quibꝰ admiscetur subtiliat. ¶ Deinde in vltimo versu autor subdit tria. Primū est ꝙ acetum.

nocet macris. Et ratio est quia acetum exsiccat et sic addit in macre macredinem. simile enim additum suo simili facit ipsum furere. Et etiã omnis ꝯplexio lapsa per ꝯtrariuꝫ medicatur. et ꝑ simile deterioratur. Secũdum est ꝙ acetum nocet neruis vt dicit Auicẽna secundo canonis cap. de eo. Tertium est ꝙ acetum macerat vt dictum est.

Rapa iuuat stomachũ: nouit producere ventum
Prouocat vrinam faciet quoqꝫ dente ruinam
Si male cocta datur hinc tortio tunc generatur

¶ In hoc passu ponũtur ꝑmo tres vtilitates rape tempate cocte et vnũ ei⁹ nocumẽtũ. Prĩa vtilitas est ꝙ rapa iuuat stomachũ qꝛ bene digerit a stomacho: nec ipse ea grauat. Scda est ꝙ rapa ẽ ꝓuocatiua vẽti qđ pꝫ experimẽto. Tertia est ꝙ rapa est ꝓuocatiua vrine. Preter tñ istas ꝓprietates vult Auerroys ꝙ magnã ꝓprietatẽ hꝫ in ꝯfortando visuꝫ. Nocumentũ ꝟo rapaꝝ est ꝙ assiduatio rapaꝝ nocet dentib⁹. In vltimo autem versu subdit ꝙ rapa male cocta torsiones facit i corpe: qꝛ multiplicat vẽtositates. Iuxta illđ. Uentũ sepe rapis si tu vis viuere rapis. Et est sciẽdũ ꝙ caude rapaꝝ fortiter ventrẽ laxant. ¶ Pro maiori noticia sciendũ est ꝙ rape inter radices magis ꝯueniũt ad corpis nutritionẽ. quod satis ostendit ex amicabilitate sui saporis. Hec em̃ cõplexio est omibus eduliis ꝙ amara et pungitiua minus alimentum dant corpori: et dulcia magis. quia ergo rape radicibus aliis sunt dulciores et minus pũgitiue magis ꝯpetunt via cibi. sed generãt sanguinẽ grossum melancolicũ: si digestiua sit debilis. Et bonũ est ꝙ depurent a ꝑma aqua. et nullo modo debent comedi crude. Et incitant ad coitũ. et vias mũdificant vrinales.

Egeritur tarde cor digeritur quoqꝫ dure.
Similiter stomachus melior sit in extremitates
Reddit lingua bonũ nutrimentum medicine
Digeritur facile pulmo. cito labitur ipse.
Est melius cerebrũ gallinarum reliquorũ.

¶ In isto passu notãtur qnqꝫ. Primũ est ꝙ cor animaliũ comestũ tarđ digerit et tarde etiaꝫ egeritur. Et rõ est qꝛ caro cordis est caro melancolica q̃ difficult digerit et tarde descendit. Et nõ est caro bona ꝭm Auicẽ. secũdo canonis. ca. de carne. et nõ multũ nutrit vt dicit Rasis tertio almasoris. ¶ Secũdũ est ꝙ stomachus similiter est male digestiõis et tarde descẽsionis. Cui⁹ rõ est. qꝛ stomach⁹ est mẽbrũ neruosuꝫ cartilaginosũ q̃re difficile digerit. et ergo etiã nõ generat bonũ sanguinẽ. Deide subdit textus ꝙ stomachus in eius extremitatibus scꝫ quo ad eius fundum et orificium melius digeritur. Cuius rõ est qꝛ in illis partibus magis carnosus est et magis pinguis. ¶ Tertiũ est ꝙ lingua est boni nutrimẽti. et hoc quo ad eius radicẽ. vt vult Auicẽ. scđo canonis. cap. de carne. Et rõ est

q2 est facilis digestionis: et carnosa. Et inter reliquas linguas: lingua porcelli, q ablata eius pelle equiparatur carni apri. vt sciūt scindētes añ pncipes. Lingua tñ bouis nō est multuz sana pp eius nimiā humiditatez Leccatores tñ linguis vti volentes añ eax assationē imponunt gariofilos quib9 humiditas linguax minuitur z sic aptiores sunt esui. ¶ Quartū est q pulmo facile digeritur z facile egeritur. Et istud est ppter eius raritatē z mollicē. Uex est tñ q eius nutrimētū nō est ɔueniens nature hūane q2 pax est z fleumaticū vt dicit Auic. secūdo canonis. cap. de eo. Et circa istud est sciendū q pulmo arietis q̄uis nō sit bonus cibus: est tñ bona medicina q2 sanat excoriationē calcanei ex calciamēto si ponat sup ipsam calidus vt dicit auicēna loco pallegato. ¶ Quintū est q cerebrū galline inter oīa cerebra est melius. de quo dicit Auic. scdo canonis. q phibet fluxuz sanguinis nariū Debet tñ cū sale aut cū spēbus comedi q2 de se vomitū puocat. Et circa istud sciēdū est q de cerebro pullox dicūt medici q augmētat memoriā Cerebra vo porcox nature nō sunt ɔuenientia sed cerebrū ouis leporis vel cuniculi cum sale vel speciebus comedi pōt. Et de cerebro amplius dictum est ibi. Nutrit z impinguat.

Semen feniculi fugat et spiracula culi.

¶ Hic ponitur vnū documētū. z est q semen feniculi qd dr maratx / expellit vētositates aut eas dissoluit. Et rō est q2 est calidū z siccū z carminatiuū. ¶ Et circa istud est sciendū q a cōibus quattuor tangunt vtilitates puenlētes ex esu maratri siue seminis feniculi. Prima est q ɔfert febrib9. Scda ē q pellit venenū. Tertia est q mūdificat stomachū. Quarta ē q acuit visuz. Et d isto solēt dari isti versus cōes. Bis duo dat maratrū febres fugat atq venenū. Et purgat stomachū: lumē quoq reddit acutū. Et istas q̄tuor vtilitates tangit etiā Auic. scdo canōis loquēs de feniculo. Et circa quartā vtilitatē nota q Auic. loco pallegato de semine feniculi dicit. Democrit9 quidē existimauit q venenosi vermes pascunt feniculi recētis semen / vt eox visus cōfortet et vipere z serpentes fricāt oculos suos cū egrediuntur de cauernis suis post hyemē sup ipz vt illuminent oculi. Sciēdū vlterius q feniculus tarde digeritur / male nutrit z parū / et ergo nō ɔpetit via cibi sed magis via medicine. Nō igitur vtendū est eo in regimine sanitatis nisi ad correctiōez malicie quorūdā aliox cibox: interdū cuz lactuca comedimus petrosilinū ad resistendum frigiditati z hūiditati lactuce. sic etiā cū cucurbitis potest decoqui feniculus. z similiter cum rapis ad corrigendum maliciam earum.

Emendat visum: stomachum confortat anisum.
Copia dulcoris anisi sit melioris.

¶ Hic ponuntur due vtilitates anisi. Quax prima est q anisum ɔfortat visuz. Scda est q anisum ɔfortat stomachū. Cuius cā est: q2 anisuz mūdat stomachū a fleumatib9 z ipsuz calefacit. Et pptea etiā ɔfert visui q2 nichil ē qd visui magis nocet q̄ imūdicia stomachi q2 a stomacho

mūdo eleuant fumi imūdi q̄ oculis nocēt ꝑturbādo spūs visiuos. ⁊ ista duo iuuamēta facit anisuȝ dulce. Et ꝑter istas vtilitates Auic. scdo canonis. ca. de aniso/ plures alias vtilitates anisi ponit. vult eī ibi ꝙ anisuȝ ē apritiuum/ doloꝝ sedatiuū/ ⁊ vētositatū resolutiuū/ sedatiuū sitis causate ex hūiditatib⁹ salsis/ apritiuū opilatōnū epatis ⁊ splenis generatiuū ex humiditatib⁹. ⁊ silr renū vesice ⁊ matricis ꝓuocatiuū vrine ⁊ mēstruoꝝ ⁊ mūdat matricem a fluxu humiditatū albaꝝ/ ⁊ est motiuuȝ coitus.

Si cruor emanat spodium sumptum cito sanat.

¶ Hic ponitur vnū iuuamētū spodij. Et est ꝙ spodiū sumptū sanat fluxum sanguis. Cui⁹ cā pōt esse: q2 spodiū hȝ virtutē ꝓpriā ꝯfortādi epar ⁊ sic fortificato epate/ qđ est fons ⁊ origo sanguis/ sanguis melius ab eo retinetur. Et dicit Auic. secundo canonis. ca. de spodio. ꝙ spodiū est radices cannaꝝ aduste. Dicitr eñ ꝙ ipse adurunt ꝓpt fricationē suaꝝ extremitatū: cum ventus eas perflat. Symon tñ ianuensis dicit ꝙ spodiū est res cuius origo nos latet: res tñ adusta videtur ⁊ diuisiones cānaruȝ adustaꝝ. Et nedū spodiū ꝯfert in nimio fluxu sanguinis: imo etiā in nimio fluxu vētris ⁊ vomitu. vt dicit Rasis tertio almasoris. Et ꝯfert etiā in febribus acutis cōfortat ⁊ tremori eius ⁊ syncopi facte ex effusiōe colere ad stomachū auxiliatr/ vt vult Auicē. loco ꝑallegato. Et est sciēduȝ circa predicta ꝙ sicut spodium hȝ aspectum ad epar ⁊ ꝓprietatē ꝯfortādi ipsum: ita sunt alique medicine que hñt similem aspectum ⁊ similem ꝓprietateȝ ꝯfortandi aliqua alia membra specialia: sicut macis cor/ muscus cerebꝝ/ liquiricia pulmonem/ capres splenem/ et galanga stomachum/ vt patȝ in his versibus. Gaudet epar spodio mace cor cerebrum quoqꝫ musco: Pulmo liquiricia/ splen/ cap/ stomachusqꝫ galanga.

Vas condimenti preponi debet edenti.
Sal virus refugat: ⁊ non sapidūqꝫ saporat
Nam sapit esca male que datur absqꝫ sale.
Vrunt persalsa visum: spermaqꝫ minorant
Et generant scabiem pruritum siue vigorē

¶ In hoc textu tria fiunt. Primo ponitur vnum documentum generale quod obseruatur apud omnes: ⁊ est ꝙ vas condimēti scilicet salis qđ cōmuni nomine saliuum dicitur. debet ꝑponi in mensa ipsi edenti. Iuxta illud cōe metꝝ. Sal ꝑmo poni debet ꝑmoqꝫ reponi. Omis mēsa male ponitur absqꝫ sale. ¶ Secundo tangunt duo iuuamēta salis. Primū est ꝙ sal resistit veneno. Cuius duplex pōt esse cā. vna est q2 sal exsiccatiuum est ⁊ sic sua siccitate exsiccat hūiditates ex qb⁹ pōt sequi corruptio Alia cā est q2 sal exsiccat ⁊ ꝯprimit hūiditates a corpe extrahendo. ⁊ sic claudit poros ⁊ ꝑ ꝯsequens ꝓhibet penetrationē veneni que fieri deberet ꝑ poros. Secundū iuuamētum salis est ꝙ sal inducit saporem in cibarijs. nā cōiter videmus ad sensuȝ ꝙ nulla cibaria sapiūt sine cōmixti

one salis/vt dicit tertius vsus. Tertio ponunt quattuor nocumenta salis siue cibarioꝝ valde salsoꝝ. Primum est ꝙ cibaria valde salsa vrunt visum.i.deꝑdunt visum vel nocent visui. Cuius cā pōt eē duplex. Prīa est qꝛ res nimiū salse inducunt nimiā siccitatē que est ꝯtraria oculis qui sunt instrumenta visus cum oculi sint de natura aque/vt dicit in de sensu ꝛ sensato. Scōa cā est: qꝛ cibaria multum salsa sunt pruritiua ꝛ mordicatiua modo vt supius dictū est a cibarijs mordicatiuis ī stomacho existentib⁹ eleuant fumi mordicatiui q̄ sui mordicatione oculis nocent ac ipsos multum rubificant Et ergo videmus ꝙ bullientes sal: rubeos cōmuniter habent oculos. Secūdū nocumētū est ꝙ cibaria multum salsa minorāt sperma. Et rō est qꝛ cibaria multū salsa multū exsiccāt oēs humiditates corporis q̄re etiā sperma exsiccat et sic minorat. Tertium nocumentū est ꝙ generant scabiem. Cuius ratio est qꝛ sal generat humorem acutum mordicatiuum adustū qui est cā scabiei. Quartuꝫ nocumētum est ꝙ augent pruritum. Et rō est qꝛ generant humorem mordicatiuum ꝛ pruritiuū. Et ista quatuor nocumenta cōmemorat rasis. tertio almasoris de sale dicens. Eorum preterea sanguinem qui multū ex eo sūpserint quantitatem adurit. visum quoqꝫ debilitat atqꝫ minuit sperma: et generat pruritum et scabiem. Et preter ista nocumēta persalsa id est multum salsa/inducunt serpigenes/impetigenes/morpheā/leprā in dispositis: et vias vrine excoriant: cū diu cōtinuant. Moderate tū salsa fastidium auferunt ꝛ appetitum excitant atqꝫ acuunt.

Hi feruore vigent tres salsus: amarus: acutus:
Alget acetosus sic stipans ponticus atqꝫ
Unctus ꝛ insipidus dulcis dant temperamentuꝫ

¶ In hoc textu ponunt qualitates cuiuslibet saporis. Et primo dicitur ꝙ isti tres sapores scꝫ salsus/amarus/et acutus: calefaciūt corp⁹ sumentis ipos. Scōo dicit ꝙ isti tres sapores scꝫ acetosus/stipticus/ꝛ pōticus infrigidāt. Tertio dicit ꝙ isti tres sapores scꝫ vnctuosus/insipid⁹/ꝛ dulcis: sunt temperati. nec inducunt in corpe caliditatē aut frigiditateꝫ. Et pro intellectu ampliori sciendum est ꝙ secūdū Auicen. scōo canōis. tractatu primo capi. tertio. Octo sunt veri sapores q̄ sequūtur insipidū. Et sunt dulcedo/amaritudo/acuitas/salsedo/acetositas/pōticitas/ stipticitas/ꝛ vnctuositas. Enumerando tū insipiditatē pro sapore: sicut textus facit hic. tunc sunt nouem sapores. Et tūc capitur sapor pro omni eo qd gustu iudicat. Et iter istos sapores tres sunt calidi. vt dicit hic text⁹. scꝫ salsus/amarus/et acutus. Et secundum auicen. loco preallegato acutū est calidius. deinde amarum. et deinde salsum. quoniā acutū est fortius ad resoluēdū incidendum ꝛ abstergendū q̄ amarū: ꝛ deinde salsum est sicut amarū confractum cum humiditate frigida. Et tres de istis saporibus sunt frigidi. scꝫ acetosus: stipans id est stipticus ꝛ ponticus. Ponticus tamē ceteris frigidior: deinde stiptic⁹: et postea acetosus. Et ꝓpter

istud in oibus fructibus q̄ dulcescunt prius:est ponticitas.vehemẽtis in frigidationis.deinde postq̄ p calorẽ solis digestiuũ aliquo modo digesti sunt fructus apparet in eis stipticitas.et deinde declinãt ad acetositatẽ sicut agresta et postea dulcescũt. Et licet acetosum sit mi᷒ frigidũ q̄ȝ stipticũ:tñ ꝓpter sui subtilitatẽ et penetrationẽ in plurib᷒ est maioris infrigidationis. Et secundum Auicen. loco preallegato ponticum et stipticum sunt in sapore propinqua:sed stipticũ non ꝯtrahit linguaȝ: nisi quo ad superficiem apparentem:sed ponticum contrahit et exasperat quod apparet in lingua scilicet supficiẽ et occultũ scilicet interiora ei᷒. Et tres de istis saporib᷒ sunt temperati id est nõ.excedentis caliditatis vel frigiditatis.sicut dulcis vnctuosus et insipidus. Licet enim dulce sit calidu ȝ tamẽ in eo non apparet fortitudo caliditatis.sicut dicit Rasis tertio almasoris. Et est sciendum vlterius q̄ vnicuiq̄ȝ sapori proprie debentur operationes vt volũt Aui. et Rasis locis p̄allegatis. Operationes eniȝ dulcis ſm Auicen. sunt digestio et lenificatio et multiplicatio nutrimenti et natura diligit ipsum et virtus attractiua attrahit ip̄ȝ. Et scd̄ȝ rasiȝ dulce est generatiuũ multe colere rubee et opilationũ i epate et splene et flegmonis precipue si p̄dicta mẽbra ad hoc fuerint apparata. Et vẽtris fluxus ex ip̄o seqtur et mollificat stomachũ et ꝯfert pectori et pulmoni. corpus impinguat. et augmẽtum spermatis tribuit. Operatiõẽs vero amari scd̄m auicẽ. sunt abstersio et exasperatio. Et scd̄m Rasim Amaꝝ calefacit et desiccat fortiter cito sanguinem ad adustionem et maliciam perducit: colerã quoq̄ȝ.rubeã in sanguine augmẽtat. Opatio vero põtici ſȝ auic. est ꝯctio si põticitas sit debilis aut expressio si sit fortis. Et scd̄ȝ rasim põticũ corpus infrigidat et desiccat. carnis et sanguinis minorationẽ facit si multotiens aliquis eo vtatur. stomachum q̄ȝ ꝯfortat et frequẽter ventrẽ ꝯstringit et sanguinẽ generat melancolicũ. Opatiõẽs vero stiptici scd̄ȝ auic. sunt ꝯctio inspissatio induratio et retẽtio. Et scd̄m rasim opationes eius sunt sicut pontici licet debiliores:q2 ipse videtur ꝯprehendere stipticũ sub pontico q2 de stiptico nichil dicit expresse. Opationes vero vnctuositatis scd̄m auicẽ. sunt lenificatio lubrificatio et coctio.i. digestio pua. Et scd̄m rasim vnctuosum stomachũ mollificat et ventris facit fluxum et satietatẽ anteq̄ȝ homo cibi q̄ȝtitatẽ sibi necessariã assumat: adducit et calefacit maxime tamen febricitantes et h̄ñtes epar et stomachũ calidum. Corpus etiam humectat et lenit fleuma vero auget et cogitationẽ h̄ñteȝ reddit et auget somnũ. Opationes vero acuti sunt resolutio incisio et putrefactio scd̄m auicẽ. et ſm rasim. Acutuȝ calorẽ auget et corp᷒ cito inflammat et sanguinem adurit et ip̄m prius in coleram rubeã mutat et postea in nigrã. Opationes salsi scd̄m auic. sunt abstersio ablutio exsiccatio et prohibitio putrefactionis. Et scd̄m rasim deceȝ sunt in textu immediate precedenti. Operationes vero acetosi sunt secundũ auic. infrigidatio et incisio. Et scd̄m rasim acetosum colerã rubeam et sanguinẽ reprimit et ventrem stringit si stomachus et intestina munda fuerint.

Si aūt fleumatis in eis fuerit multitudo ventris facit fluxū ꝛ corpus ī- frigidat. virtutē quoqꝫ digestiuam debilitat ꝛ ꝓprie in epate. Neruis vo ꝛ neruosis mēbris nocumētū affert ꝛ corpus desiccat. virtutē aūt appe- titiuā excitat. De opatōibus vo insipidi dicit rasis ꝙ aliquod est isipidū qđ magis nutrit scꝫ quod equalitati magis vicinū est. Aliud est quod tē perate calefacit ꝛ aliud qđ temperate infrigidat et si cū ipso fuerit mul ta humiditas humectabit si vero siccum fuerit desiccabit.

Bis duo vipa facit: mundat dentes: dat acutum
Visuꝫ. quod minus ē implet: minuit qđ abundat.

¶ Hic ponunt quattuor iuuamēta vipe. Primū est ꝙ vipa mundat dē tes. Cuius cā est qꝛ ꝓpter panē diutius inherentē dentibꝰ ꝙ̄ vinū solū sine pane limositas illa dētibꝰ adherēs a qua dentes luridi dicunt: a vi- no melius ꝯsumit ꝛ abstergit. Secūdū est ꝙ acuit visum: qꝛ ꝓhibet ma los fumos ad cerebꝝ ascendere q̄ obfuscarent spūs visiuos ꝑ eoꝝ imix tionē. Et istud facit ex eo qꝛ digerit materias malas in stomacho existē tes. Tertiū est ꝙ minꝰ digestū facit digeri: qꝛ facit clausionē orificij sto- machi ꝛ ꝯfortat digestionē. Quartū est ꝙ sup̄flue digestū ad mediū re- ducit. Et totū istud maxime veritatē habet de vipa panis cū vino dum modo panis primo assus sit aut supra prunas exsiccatus.

Omnibus assuetam iubeo seruare dietam.
Approbo sic esse ni sit mutare necesse.
Est ypocras testis quoniā sequitur mala pestis.
Fortior est metha medicine certa dieta.
Quam si non curas fatue regis ꝛ male curas.

¶ Hic ponunt aliqua documēta. quoꝝ primū est ꝙ omnibus bonū est seruare dietā ꝯsuetam. Et ꝑ dietā itelligitur administratio cibi ꝛ potus Et rō huius documēti est: qꝛ trāsgressio a cōsuetudine nocet nocumēto magno: cōsuetudo em̄ est alia natura. sicut igit naturā custodire oꝫ sic ꝛ ꝯsuetudineꝫ: ꝛ spāliter si ꝯsuetudo fuerit laudabilis. Et sicut oꝫ seruare ꝯsuetā admistrationē cibi ꝛ potus: ita etiā oꝫ ꝯuare ꝯsuetudinē in alijs rebus nō naturalibꝰ ꝑꝑ eādeꝫ rōnē. Unde si aliqs fuerit ꝯsuetus multū laborare ꝛ velit hanc ꝯsuetudinē omittere ꝛ in ocio viuere. vel mlto mi nus laborare vel aliā speciē laboris assumere ꝛ aliud tēpus vel aliū mo dū ꝓculdubio multū ex hoc d̄bilitatur. Et similiter intelligitur in cibis ꝛ potibus somno ꝛ vigilijs ꝛ euacuationibus ꝛ aīe accidentibꝰ. In om nibus em̄ multū obseruāda est ꝯsuetudo si sit laudabilis vel paꝝ lauda bilis vel indifferens in bonitate ꝛ malicia respectu huius ad quod debꝫ fieri ꝑmutatio. Et circa istud sciendum est ꝙ assueti exercitare vel labo rare quibusdam laboribus consuetis dato ꝙ tales sint debiles vel senes minus ledūtur ꝛ fortius laborāt ꝙ̄ si essent iuuenes incōsueti. Et istud vult ypocras secunda amphorismorum dicens assueti assuetos ferre la

bores:et si fuerint imbecilles aut senes inconsuetis fortibus ꝛ iuuenibꝰ facilius ferunt. Et ratio est qꝛ isti habēt maiorē inclinationē ꝛ ↄsuetudinez ad istos labores: iam cōsuetudo ꝓus habita leuior est vt dicitur in cōmento ꝑdicti amphorismi. Et ista est cā q̄re videmꝰ hoīes debiles vel senes q̄ ex ↄsuetudine aliquod exercēt opus mechanicū facere aliq̄ q̄ facere nō possent eis fortiores aut iuniores ꝛ minus ab eis leduntˀ sicut videmus mulierez debilem facilius saccū eleuare q̄ꝫ eo fortiorem ꝛ fabrū antiquum minus ledi malleatione q̄ꝫ iuuenem fortem non consuetum. Secundum documentum est ꝙ mala pestis .i. magnum nocumentū sequitur ex permutatione diete consuete vt vult ypocras nisi fuerit necesse eam ꝑmutare. Est autem necessariū eā ꝑmutare primo quando est īlaudabilis sic ꝙ ex ea ꝑueniretur ad pessimas egritudines sicut cōsuetudo comedēdi malos cibos in fine ex necessitate perducentes ad malas egritudines. Talem em̄ cōsuetudinez et similes necesse est corrigere ꝛ ꝑmutare vel totaliter vel saltem infra terminos latitudinis earū sed hoc debet fieri paulatim ꝛ scd̄m quendaz ordinem. Naz oīs subita mutatio vehementer nocet ꝛ specialiter a cōsueto ad inconsuetum. Scd̄o necesse est eam ꝑmutare vt aliquis minus ledatur ex inconsueta si postea ad eam se transtulerit. Si em̄ quis ad oēm dietā se assuescat minus ab omī ledetur cū se ad eam transtulerit. Et istud etiā intelligēduz est in alijs rebꝰ nō naturalibus. Et istud est qd̄ dicit ypocras scd̄a āphorismoꝝ. Ex multo tēpore cōsueta ꝛ si fuerint deteriora insuetis minus molestare cōsueuerunt oportet igiˀ ad nō ↄsueta transmittere. Et circa istud est sciendum ꝙ quisqꝫ debet sibi cauere ne vnīꝰ rei quantūcūqꝫ bona sit sibi cōsuetudinē faciat quaz ip̄m seruare sit necessariū. verbigratia. si quis vno cibo cōsueto semper vtatur vel aliquo potu vel totaliter ab eis abstineat vel dormire vel coire totaliter assuescat ꝛ ad hoc grauiter astringatur. maximuz em̄ incurret nocumentum si interdum ab eisdem oporteat abstinere. sic igitur quodlibet corpus se disponere debet vt calorē ꝛ frigus pati possit: ꝛ ad motiones et quelibet nutrientia aptus reddatˀ: et vt somni ꝛ vigiliarum horas mansiones et domos lectos et indumenta sine lesione ꝑmutare possit quod quidez poterit fieri si consuetudo non obseruetur ad vnguem: sed interdum ad incōsueta transeamus. Oportet igitur ad incōsueta aliquando ꝑmutare. Et istud vult Rasis quarto almansoris. cap̄. de ↄseruatione ↄsuetudinum. Tertium documentuz est ꝙ fortior ꝛ potior metha in medicādo egꝝ est administrare dietā certaz: quā si medicus nō curauerit: ꝛ aliam indebitam administrauerit fatue regit egrum ꝛ male eum curat. Et circa istud est sciendum ꝙ triplex est dieta scꝫ grossa/ q̄ est quasi dieta sanoꝝ. ꝛ tenuissima/ q̄ est nichil dare: vel quasi: et media/ que absolute tenuis dicitur. Et ista diuiditur in dietā tenuē declinantem ad latus grosse: sicut aqua carnis. oua sorbilia: ꝛ pulli pul ꝛ declinātē ad tenuissimā: sicut aqua ordei mellicratū ꝛ vinum granatoruz. ꝛ mediā q̄ certa noīatˀ: vt ptisana nō colata ꝛ extremitates pulloꝝ.

Et ista dieta certa in pluribus ꝯuenit egritudinibꝰ. nõ tñ in omībꝰ. Nõ eñ cõuenit in egritudinibꝰ lõgis q: in talibꝰ oportet virtutem longo tẽpore eẽ añq̃ ꝑueniat ad victoriã ⁊ virtus cũ dieta certa tãto tp̄e nõ posset ꝑdurare sine magna debilitate. optȝ ergo ī tali egritudīe cibũ ingrossare. Sil'r non ꝯuenit in acutissimis egritudinibꝰ scȝ in illis q̃ terminant̃ in quarto die vel ante. quia in talibus cõuenit dieta tenuissima. vt vult ypocras prima amphorismorum ibi ad vltimas egritudines vltime curationes ad perfectionem sunt potentes.

Quale quid et quando quãtũ quotiens vbi dãdo
Ista notare cibo debet medicus dietando

¶ In isto textu ponũtur sex a medico ꝯsiderãda in administratõe diete. Primũ est quale. i. cuiꝰ q̃litatis debet esse cibꝰ: quia in egritudīe calida debemꝰ egꝝ dietare frigido cibo. ⁊ in frigida calido. In humida sicco/ ī sicca hũido. Veꝝ est tñ q̄ naturalis ꝯplexio dieta sibi silī ꝯseruari dȝ. vt vult galienꝰ ĩtia tegni. ibi. Calidiora calidioribꝰ indigẽt adiutorijs. Frigidiora frigidioribꝰ ⁊c̃. Scd̃m est quid/ id est cuiꝰ substãtie dȝ esse cibus q: athlete ⁊ rustici fortibꝰ exercitijs suppositi debẽt dietari cibo grosso. q: in eis via digestiua est fortis. ⁊ sic nõ debẽt vti cibis subtilibus vt pullis caponibꝰ carnibꝰ vitulinis seu hedinis: q: iste carnes ī eis adurerent̃: aut nimis cito digererent̃: quare necesse esset eis sepe comedere. Nobiles ṽo ⁊ in ocio viuẽtes debẽt vti dieta subtilis substãtie: q: in eis virtꝰ digestiua est debilis nõ potens in grossos cibos/ cuiusmodi sunt carnes porcine salse ⁊ bouine/ ⁊ pisces sole exsiccati. Similiter in egris egrotantes egritudinibꝰ acutis dñt vti subtiliori dieta q̃ȝ egrotãtes egritudinibꝰ cronicis. i. longis sicut quartanis. Tertiuȝ est qñ/ id est quo tp̄e dieta debet dari: quia in sanis maxime dȝ attendi ꝯsuetudo. Unde in estate homines mane surgentes ⁊ ꝯsueti bis solum in die comedere debẽt comedere hora decima vel modicum ante. ⁊ nõ expectare medium diei ꝓp̄t nimiũ diei calorẽ. Similiter debent cenare hora sexta vel modicuȝ post In hyeme vero debent prandere hora vndecima vel duodecima ꝓpter longitudinem somni. ⁊ deinde cenare hora septima vel modicum post. et maxime seruanda est consuetudo. In egris vero etiam considerandum est tempus/ quia in febribus in paroxismo vel statim ante paroxismum: vel statim post non est danda dieta: quia si statim ante paroxismum vel in paroxismo detur: natura diuertitur a digestione materie febris per hoc q̄ debet digestioni cibi esse intenta. Et nõ debet dari statiȝ post paroxismum q: virtus adhuc multũ debilitata est ex paroxismo īmediate p̄cedenti. Debet igitur dari dieta ante paroxismũ tanto tẽpore q̄ possit digeri ante aduentuȝ paroxismi/ vel debet dari aliquo tp̄e post paroxismũ. Et istud est veꝝ nisi timeatur magna debilitas virtutis. tũc enim dandus est cibus quocũq; tempore. Accidẽtibꝰ eñ virtutẽ dissoluentibus cibus illico dandus est. vt vult Galienus in commento illius

amphorismi prime particule cōtēplari aūt oportet. Quartū est quātū id est q̄ntitas cibi sumendi: q2 vt dictū est prius q̄ntitas cibi estate comedē-di p q̄libet vice dz esse pauca: q2 calor naturalis tūc debilis est ꝓpter nimias resolutiōes. In hyeme vo cib9 vna vice sumēdus dz esse multus: q2 virt9 digestiua tūc fortis est cū calor naturalis sit vnit9 ꝓpt frigus circūstans. vt dictuz est prius ibi. Temporib9 veris. Quintum est quotiēs .i. quotiēs in die sit cib9 dādus: quia in estate debet sepius dari q̄ i hyeme/autunno/vel vere. licet modicū pro qualibet vice. vt etiā prius dictū est. Similiter virtute digestiua existente debili sepe modicū et de cibo ē dandum. virtute vero existente forti potest multum dari: z paucis vicibus. Sextum est vbi id est in quo loco quia cib9 non est sumendus in loco frigido multū: nec multum calido. sed magis in loco temperato.

Ius caulis soluit: cuius substantia stringit.
Utraq3 quando datur venter laxare paratur

¶ In hoc textu actor dicit tria. Primū est q ius caulis. i. aqua z maxiē prime ebullitiōis caulīū: si bulliant soluit vētrē. Cui9 cā est q2 folijs z ptibus exteriorib9 caulium est virtus q̄dam nitrosa abstersiua debiliter i herēs z facile separabilis p modicā decoctionē siue ebullitionē que spar sa p aquam ipam laxatiuam reddit. Et hinc etiā est q prima aqua decoctionis cauliuz magis laxat q̄ secunda: quia ista virtus nitrosa abstersiua p primam decoctionem plurimuz separatur. Scdm quod dicit est q substantia caulīū z hoc post decoctionē eorum stringit ventrē. Et causa est q2 omnis virtus que laxaret p decoctionez ab ea ablata est et manet substantia terrea sicca que ventrez stringit. Tertiū quod dicit est q vtraq3 simul sumpta sc3 aqua decoctiōis caulium z substantia eorum laxāt ventrē: Et ratio est quia virtus abstersiua et nitrosa in aqua manet gratia cuius totum laxat. Pro maiori noticia sciendu3 est primo q caules generant humorem melancolicū: et somnia mala. mali sunt stomacho/ parū nutriunt/visum obtenebrant/somniū inducunt menstrua z vrinaz ꝓuocant. vt partim ab auicen. secundo canonis et partim a Rasi tertio almasoris colligit. Scdo sciendū est q comestio caulis siue decoctiōis siue seminis eius prohibet z retardat ebrietatē. vt videt innuere aristoteles. tertia particula ꝓbleumatum querens propter quid caulis soluit crapulam. et idem volunt Rasis et Auicēna locis preallegatis. Cuius causā potest esse ista fm aliquos: q2 propter comestionem caulis eleuantur fumi valde grossi: ingrossantes fumositates vini: que ingrossate impediuntur penetrare ad cerebrum ꝓpter eap grossitudinem. Philosophus vero probleumate p̄dicto aliam dat causam istam sc3: quia omne quod trahit humidū vinosum ad se ac a corpe expellit/z corpus infrigidat/curat crapulā: sed caulis est hm̄ōi/ergo curat crapulam. Qd autez caulis sit huiusmodi ꝓbat: q2 per succuz caulis qui est diureticus trahū tur humiditates vinose indigeste a toto corpore: z in vesicā deferūtur. z

substantiā eius frigidam stipticam ꝛ terream in stomacho relictam/non potentē penetrare infrigidat totuȝ corpus. Et per consequēs curat crapulam hoc modo: qm̄ supfluitates subtiles que non poterant deorsum tendere propter caliditatem vini mouentem eas ad superiora: vt ad cerebrum feruntur represse deorsum ꝛ virtute succi trahuntur ad vesicā. Est enim diureticus ꝛ menstruorum ꝓuocatiuus/vt dictum est.

Dixerunt maluam veteres quia molliat aluum.
Malue radices rase dedere feces
Vulue mouerunt et fluxum sepe dederunt.

¶ Hic ponūtur tres ꝓprietates siue effectus malue. Quoꝝ prim⁹ est ꝙ malua mollificat ventrē: qꝛ est vnū de remollitiuis. Sunt em̄ quattuor remollitiua. scȝ malua/bismalua/branca/vrsina/ꝛ mercurialis / ex q̄bus cōiter fit clistere lenitiuū ꝛ mollificatiuū. qđ valet ad fecū īduratāꝝ eductionē. Et est duplex malua/quedam em̄ est hn̄s sanguineos flores. Et alia est hn̄s albos flores. ꝛ in ista est maior ꝓprietas mollificādi q̄ꝫ i prima. Scđs effect⁹ est ꝙ radices malue abrase educūt feces. ꝛ hoc ē quādo ex ipis fiūt suppositoria sicut solent fieri de radice mercurialis. Terti⁹ effect⁹ est ꝙ malua facit fluxū mēstrui i mulierib⁹. ꝛ hoc est ꝑꝑ nimiā ei⁹ humectatōeȝ ꝛ lubrificationē q̄ vene matricis facili⁹ a sanguīe acuto fundunt. Et dicit Plateari⁹ ꝙ certo expimēto menstrua ꝓuocat.

Mentitur menta si sit depellere lenta
Ventris lumbricos stomachi vermesq̄ꝫ nociuos.

¶ Hic ponit autor vnū documentū de menta dicens ꝙ nō debet denominari hoc noie menta si nō habeat vim statim auferendi vermes ventris ꝛ stomachi. Menta em̄ magne ꝛ fortis est aromaticitatis ꝛ magne amaritudinis. ꝛ ideo quēadmoduȝ absinthiū vermes interficit: sic ꝛ mēta. Et debet dari decoctio eius sicut ꝛ absinthij ꝛ nō substantia. Aduertēdū tamen qꝛ multū calida est ꝛ sicca sanguinē adurens non ꝯpetit via cibi in regimine sanitatis. Bene tn̄ cōuenit i via medicine qꝛ stomachum ꝯfortat ꝛ ipsum calefacit ꝛ sedat singultū ꝛ digerit ꝛ ꝓhibet vomitū fleumaticū ꝛ sanguineū: ꝛ ad coitū incitat ꝓpt̄ inflationē q̄ est in ipa ꝛ humiditatem ortulanā ꝛ ꝓhibet sputum sanguinis. Et confert ad morsuȝ canis rabiosi: ꝛ est ꝓpria ad illud. Et si frusta ipsius in lacte dimittuntur nō caseatur: vt colligitur ex Auic. secundo canonis cap. de menta.

Cur moriatur homo cui saluia crescit in orto.
Contra vim mortis non est medicamen in ortis
Saluia confortat neruos: manuūq̄ꝫ tremoreȝ
Tollit: et eius ope febris acuta fugit.
Saluia: castoreū: lauendula: premula veris
Nastur. athanasia sanant paralitica membra

f

Saluia saluatrix nature consiliatrix.

¶ In hoc textu autor pncipaliter tria facit. Primo innuit magnam vtilitatē saluie querens p moduz dubij. Cur homo moriatur in cuius orto crescit saluia. Ad hoc respondet in secundo versu sic: q nulla est medicia crescens in ortis que prohibeat mortez q̄uis in ortis bene crescat medicina phibens putrefactionem corporis z humiditatem naturalez defendens ne cito dissoluatur. Et istud innuit Auicēna tertia primi. capitulo singulari dicens. Et ars quidem sanitatem custodiendi non est ars que a morte securos nos faciat neq3 corpus ab extrinsecis nocumentis muniat: neq3 vnū quodq3 corpus ad vltimam vite longitudinem perducat que est secundum hominem absolute: sed de duabus rebus securitatez prebet putrefactionis penit9 prohibitione z defensione humiditatis ne cito dissoluatur. ¶ Secundo ponit tres effectus saluie. Quoꝝ primus ē q saluia confortat neruos: quia exsiccat humiditates quibus impediuntur z relaxantur nerui. Secundus est q remouet tremorem manuū. Cuius causa est quia confortat neruos vt dictum est. Jam omne confortās neruos tremorem remouet: cum tremor causetur ex debilitate neruoruz Et propterea senes aliqui et vetule specialiter imponunt potui siue cibo eorum folia saluie. Tertius est q remouet febrem acutam. id est impedit eam ne contingat. Cuius causa potest esse quia exsiccando humores impedit eorum putrefactionem ad quam posset sequi febris acuta. ¶ Et pro maiori noticia sciendū est q saluia est calida z sicca: z ideo nō multum competit per se via cibi. Quia tamen ipsa saluia multum confortat neruos / homines in sanitate multum vtuntur saluia dupliciter. Primo quidem componendo ex ea vinum saluiarium quo vino homines in latitudine sanitatis vtuntur specialiter in pncipio mensez competit huiusmodi vinum paralyticis z epilenticis moderate sumptuz: z p̄cedente purgatione antecedentis medicine. Secundo vtuntur saluia ī salsis. nam excitat appetituz z specialiter cum stomachus fuerit replet9 malis humoribus crudis z indigestis. Et est duplex saluia / scilicz domestica / z habet lata folia z magna. Alia est que vulgariter nobilis dicitur z habet mīora z strictiora folia. Et apd medicos dicit lilifagus. ¶ Tertio enumerat autor sex res medicinales valentes in curatione paralysis. Et dicit q saluia / castoreum / lauendula / premula veris / nasturciuz / z athanasia / curant z sanant mēbra paralytica. id est paralysi tacta siue debilitata. De saluia autē cā patet ex dictis: quia vt dictum est saluia cōfortat neruos qui in paralysi debilitati sunt. Et etiaz quia saluia calida est et sicca consumit materiam fleumaticam inhabitatem neruis ex qua fit paralysis. ¶ De castoreo patet quia castoreum est maxime cōfortatiuū calefactiuum z exsiccatiuum neruorum. Dicit enim Auicen. secundo canonis capitulo de eo q est subtilius z fortius omni quod calefacit z exsiccat. Et postea dicit q confert neruis z calefacit z pfert tremori z spasmo humido z stupori a paralysi. Et postea adhuc subdit q non est ali-

quid magis iuuatiuuz ventositati in aure q̄ ipsuz cū ex castoreo accipi- tur quantum est lens vna ꝛ dissoluitur in oleo nardino et distillatur ī eā Plures alios effectus habet castoreum quos Auicenna narrat loco p̄- allegato. Et est castoreum testiculus cuiusdaz animalis marini qued di citur castor. Et oleum de castoreo etiam multum valet in paralysi: sicut castoreum post euacuationem materie: quia tunc illam materiaz que re sidua est consumit ꝛ neruos confortat. ¶ De lauendula etiā patet quia sua aromaticitate confortat neruos: et sua calefactione consumit mate- riam paralysis. ¶ De premula veris etiam patet quia sua aromaticitate et calefactione confortat neruos. Et dicitur premula veris: qr est de pri mis aromaticis in vere crescentibus. ¶ De nasturcio patet quia nastur- cium est calidum et siccum subtiliatiuum ꝛ incisiuum ꝛ resolutiuū: qua re aufert materiā paralysis. Et dicit Auiceuna secundo canonis capitu lo de eo. ꝙ confert omni mollificationi neruorum: quia calefacit ꝛ edu- cit fleumata: ꝛ mundificat neruos a fleumate. Et ideo consulunt medi- ci vt nasturciū in quadragesima edatur propterea quia cibi quadragesi males sunt fleumatici. Et est nasturcium herba communis crescens in locis frigidissimis scilicet in locis petrosis et aquosis vbi sunt multi fon tes. ¶ De athanasia vero que alio nomine dicitur tanacetum teuthonit- ce/tent vel reyn vaen/patet quia ista herba habet virtutez purgādi fleu mata ꝛ sua caliditate exsiccat neruos. Et etiam habet virtutem purgan di vermes ꝛ materiā ex q̄ generanẗ. Et ideo gallici cōiter ī dieb⁹ pasca lib⁹ vtunẗ athanasia frixa cū ouis ad purgādū fleumata ex piscib⁹ in q̄- dragesima generata: ex quib⁹ facile generanẗ vermes in dispositis. Et ī fine textus autor subdit ꝙ saluia dicitur quasi saluatrix nature.

Nobilis est ruta quia lumina reddit acuta.
Auxilio rute vir quippe videbis acute
Ruta viris coitū minuit mulieribus auget
Ruta facit castū: dat lumen ꝛ ingerit astum
Cocta facit ruta de pulicibus loca tuta.

¶ Hic autor ponit quattuor effectus rute. Primus est ꝙ acuit visum ꝛ propter succus eius/vt dicit Auic. secundo canonis capitulo de ea. ꝛ pri us dictum est ibi. Allea nux ruta. Secundus est ꝙ ruta minuit desideri- um coeūdi in viris: sed ī mulierib⁹ auget. Cuius cā pōt esse ista quia ru- tu sua caliditate ꝛ exsiccatione sperma in viris minorat qued subtile est et aereū. ꝫ in mulierib⁹ subtiliat ꝛ calefacit qr in eis sperma est aquosuz ꝛ frigidū. ꝛ ergo eas magis ad coitū incitat pp subtiliatōnem ꝛ calidita tez spermatis ex ruta. Tertius effectus eius est ꝙ ruta facit astutiā. i. fa cilem apprehensionem ꝛ inuētionē alicuius medij in cā subtili. quia pp calefactionem ꝛ exsiccationem subtiliat spiritus. ꝛ sic ingenium clarifi- cat. Quartus effectus est ꝙ decoctio rute effugat pulices. ꝛ hoc si ex ea

irroretur domus q2 inficit eas fm q cōiter dicunt medici. Et fm Auic. sexta quarti tractatu tertio. ca. de effugatōne pulicū. Quādo aspergitur domus cū infusione coloquintide saliūt pulices ꝛ fugiunt ꝛ similiter ex decoctione rubi. Et postea subdit Auic. Et dixerunt q̇dam qñ ponitur sanguis hirci in fouea in domo: aggregātur pulices apud eū deinde moriuntur. Et similiter aggregantur super lignū linitū ex adipe ericiiꝛ effugiūt ex odore caulis ꝛ folioꝝ oleandri. Et secundum aliquos nichil magis delectiuum est pulicum q̄ꝫ res fortis odoris ꝛ ergo ruta valet menta mentastrum lupulus. ꝛ super omnia feces vel vrina equi. Item domus irrorata ex decoctione seminis rape occidit pulices. Et si fumiget dom⁹ ex cornu taurino fugient pulices. Pro captione tamen earuꝫ nichil melius est q̄ꝫ impositio pauci bōbacis in lecto quia in illo aggregantur.

De cepis medici non consentire videntur.
Colericis non esse bonas dicit galienus.
Fleumaticis vero multum docet esse salubres
Presertim stomacho pulcrumq̄ꝫ creare colorem
Contritis cepis loca denudata capillis
Sepe fricans poteris capitis reparare decorem.

¶ Hic loquitur autor de cepis Et dicit q̄nq̄ꝫ. Primū est q medici dissētiunt de natura cepaꝝ: quia aliquib⁹ videtur q cepe bone sunt fleumaticis. Aliqui vero q eis nō valent sicut forsan Rasis vult q2 dicit eas tertio almasoris generare hūores sup̲fluos in stomacho ꝛ fleumaticos. Secundū est q galienus dicit cepas multū obesse colericis. Cui⁹ cā est q2 vt dicit Auic. scdo canonis. cap̄. de cepe. Cepe est calidū in tertio. ꝛ ergo nocet calidis vt sūt colerici. Tertiū ē q cepe multū valēt fleumaticis q2 sūt calide icisiue subtiliatiē abstersiueꝛ apitiue: q̄re fleumaticos hūores ꝛ viscosos i fleumatici m̄ltiplicatos digerūt icidūt subtiliāt ꝛ abstergūt Quartū ē q cepe valēt stomacho q2 mūdificāt ip̄ꝫ a fleumatici ꝛ ipsuꝫ calefaciunt. ꝛ ergo dicit Auic. loco preallegato q illud quod ex cepe comedit̄ ꝑpter suā caliditatē confortat stomachū debilem. Et ꝑpter illō etiam decorant colorem faciei / q2 non est possibile colorem faciei esse viuidū stomacho existente multum fleumatico aut repleto malis humoribus crudis ꝛ fleumaticis. Quintum est q loca depilata. i. loca pilis priuata pilos siue crines recuperant si ꝯterant̄ cepe cocte ꝛ ex eis fricentur loca depilata. Et istud veꝝ est qñ depilatio accidit ꝑpter opilationē poroꝝ et corruptionem materie sub cute. q2 cepe aperiūt porosꝛ resoluunt materiā malam q̄ sub cute est et bonā ad locuꝫ attrahunt. Et ergo fricatio cum cepis valet in alopicia multum / vt vult Auic. secundo canonis cap̄. allegato. ꝛ septima quarti. ca. de cura alopicie. Et ꝑp istud īfert textus q capitis decor poterit reparari ꝑ istā fricatōem cū cepis: q2 capitis decor pili sūt. ¶ Pro maiori noticia effectuū cepaꝝ sciēduꝫ ē q cepe ex

citant coitũ/appetitũ ꝓuocant/faciem rubificant/cũ melle ver rucas eradicant/sitim faciunt/intellectui nocent. q2 humorẽ maluꝫ grossum generant/saliuã multiplicant/ꝛ succus eaꝝ ꝯfert aque descendenti in oculũ ꝛ abstergit visum/sicut colligitur ex auic. scd̃o canonis. cap. allegato. Sciendum vlterius ꝙ cepe trite cuꝫ melle ꝛ aceto ꝯferunt morsui canis rabidi. Et ergo q̃dã supaddunt textui p̃cedenti istos duos versus. Appositas p̄hibent morsus curare caninos. Si trite cum melle p̄us fuerit ꝛ aceto. Et de isto etiã prius dictum est ibi. Allea nux ruta.

Est modicũ granum siccum calidumq3 synapis. Dat lachrymas: purgatq3 caput: tollitq3 venenuꝫ

¶ Hic autor duo facit. Primo ponit complexionẽ ipsius grani sinapis dicẽs ꝙ granũ sinapis est modicũ granũ calidũ ꝛ siccuꝫ. q̄d veꝝ est: q2 ẽ calidũ ꝛ siccũ vsq3 ad quartũ gradũ ƀm Auicẽnã scd̃o canõis. ca. de sinapi. Scd̃o ponit tres ꝓprietates siue effect⁹ grani sinapis. Prim⁹ effectus est ꝙ cõmouet lachrymas. Cuius causa est: quia sua caliditate nimia subtiliat et dissoluit humiditates cerebri: ex quibus tunc propter earum fluxum ꝓueniunt lachryme. Secundus effectus seminis synapis est ꝙ expurgat caput. i. cerebꝝ mundificando ꝛ abstergendo humiditates fleumaticas a capite. Expurgat etiã caput naribus impositum ꝓuocando sternutationẽ sua mordicatione. ꝛ ideo imponitur naribus appoplecticoꝝ. Per sternutationeꝫ aũt expellunꝭ nocumẽta cerebri. Et similiter semen synapis sua caliditate subtiliat fleumata: ꝛ dissoluit illa q̃ opilãt meat⁹ cerebri. ex q̃ꝝ opilatione sequiꝭ appoplexia. Et sic relinquiꝭ ꝙ semen synapis est valde icisiuũ fleum̄atis ꝛ ꝯsumptiuũ ꝛ mũdificatiuũ Terti⁹ effectus est ꝙ tollit venenũ. Et istud cõcordat cum dicto Auicẽne loco preallegato. sc3 ꝙ fugiũt ex fumo eius vermes venenosi.

Crapula discutitur capitis dolor atq3 grauedo. Purpuream dicunt violam curare caducos.

¶ Hic ponũtur tres ꝓprietates siue effectus viole. Prim⁹ effect⁹ est ꝙ viola habet ꝓprietatem sedandi ebrietatem. Cui⁹ cã põt esse quia viola odorem habet temperatũ atq3 suauẽ. ꝛ talis maxime est cõfortatiu⁹ cerebri. forte em̃ cerebꝝ nõ patitur cito ebrietateꝫ sed debile. Et etiã viola est frigida/quare cerebrũ infrigidat. ꝛ sic ineptificat ip̃m ad recipienduꝫ fumũ ꝛ calidũ. ¶ Secundus effectus eius est ꝙ viola est sedatiua doloris capitis atq3 grauedinis. Et istud veꝝ est de dolore capitis ex calida causa/vt vult Auicẽna scd̃o canõis. ca. de viola. Et similiter Rasis tertio almasoris. ꝛ Mesue. Et ratio ẽ quia viola est frigida ꝛ sic repugnat cause calide. ¶ Tertius est ꝙ viola dicitur curare caducos. i. epilẽticos Et diciꝭ notanter in textu: dicunt/ quia cõmunes autores nõ attribuũt istum effectuꝫ viole. Et ergo si iste effectus ꝯuenit viole: causa eius potest esse quia ꝓpter aromaticitatẽ viole cerebrũ ꝯfortatur/quo existente forti a modicis nocumentis non leditur. ꝛ per consequens etiam non

incurrit epilentia; que dicitur parua appoplexia ex opilatione neruo; sensitiuorum contingens. ¶ De vrtica.

Jettles. Egris dat somnū: vomitū quoq; tollit ad vsum
Compescit tussim veterem: colicisq; medetur.
Pellit pulmonis frigus: ventrisq; tumorem.
Omnibus et morbis subueniet articulorum

¶ Hic ponunt septe; effectus vrtice. Quo; pmū est q vrtica dat egris somnū/q; est subtiliatiua z incisiua z abstersiua fleumatis z grosso; hu mo; naturā grauātiū z somnū impedientiū. ¶ Scds effectus ei9 est q tollit vomitū z vsum vomit9. Et ratio est q; vomitus z nausea multu; accidūt ex humore viscoso cui9 vrtica est icisiua. ¶ Terti9 est q vrtica se dat tussim antiquā. z maxie mel in q temperata fuerit semia vrtice: q; vrtica de pectore fleuma expellit viscosu;. fm Rasim tertio almasoris. Et similiter ei9 semen cū maxie sit incisiua abstersiua z subtiliatiua. Et dicit Auic. scdo canōis. ca. de vrtica. q cū bibit cum aqua ordei mūdificat pectus. z qn decoquunt folia ei9 in aqua ordei: educit humores grossos q sunt in pectore: sed ei9 semen est fortius. ¶ Quart9 est q puenit colicis. i. colicā patiētib9: q; vrtica est incisiua subtiliatiua resolutiua z abstersiua humiditatis fleumatice aut vētositatis grosse ex qb9 puenit colica plurimū. Et est colica egritudo dolorosa in intestino dicto colon/sicut yliaca egritudo dolorosa in intestino dicto ylion. ¶ Quintus est q vrtica expellit frigus pulmonis. z hoc est propter sui caliditatem. ¶ Sextus est q vrtica est sedatiua tumoris vētris: q; resolutiua est vētositatis: ex q vt plurimu; fit tumor vētris. ¶ Septim9 est q vrtica subuenit dolorib9 articulo;. i. iūctura; sicut artetice sciatice z podagre. Et hoc ve; est qn puenīūt a materia frigida fleumatica grossa. Cui9 cā est q; vrtica est calefactiua incisiua subtiliatiā materie fleumatice grosse. Et pter istos effect9 fm Auic. scdo canōis. ca. de vrtica/excitat coitū ppe semē ei9 cum vino. z apperit orificium matricis. z soluendo educit fleuma z humore; crudum sua abstersione. z nō cum virtute solutiua que sit in ipsa. Ne tn aliqs in gutture ex vrtica aut ei9 semine ledatur bonū est q post ei9 sumptionem bibatur aliquid de oleo rosaceo. Et est vrtica calida in pricipio tertij gradus z sicca in secundo fm Auic. loco preallegato.

Ysopus est herba purgās a pectore fleuma.
Ad pulmonis opus cum melle coquatur ysopus
Vultibus eximiū fertur reparare colorem.

¶ Hic ponuntur effectus ysopi. Quo; primus est q ysop9 purgat fleuma a pectore. Cuius causa est q; ysopus est herba calida z sicca in tertio multum abstersiua dissolutiua z cōsumptiua humiditatis fleumatice. z habet respectum singularem super partes pectoris. z ppterea ysopus ppriissime dicitur purgare fleuma a pectore. ¶ Secundus effectus est

q etiam valet ad purgandum pulmonem a fleumate eadem de causa. Et proprie si coquatur cum melle: quia mel etiam est abstersiuu3: et abstersione mellis augmentatur abstersio ysopi. Et istud idem vult Auicēna secundo canonis. capitulo de ysopo dicens: q ysopus confert pectori et pulmoni patientibus a disnia et tussi antiquis et eius decoctio cum ficubus et melle similiter. Tertius effectus est q facit bonum colorem faciei et istud vult etiam Auicenna loco preallegato dicens q eius potus efficit colore3 bonum. Et preter istos effectus soluēdo educit fleuma et vermes. vt vult Auic. ibidem. Et secundum platearium vinum decoctiōis eius matricem mundificat a superfluis humoribus et abstergit.

Appositū cancris tritū cum melle medetur
Cum vino potum poterit sedare dolorem
Sepe solet vomitum ventremq3 tenere solutum

¶ Hic ponunt tres effect9 cerifolij. Prim9 est q cerifoliū tritu3 cū melle et suppositū cācro curat ipm. Et istud idem dicit platear9. ca. de cerifolio. Et est cācer apostema melācolicū corrodens partes corpis tā carnosas q̄ neruosas. Et dr̄ cācer q2 pcedere videt vt cancri. Scd̄s effect9 est q cerifolium bibitum cum vino abscindit dolorem ventris. Cui9 cā est q2 ventris inflationem de grossa ventositate ex qua puenit dolor mitigat: cū stomachi vētositatē et oīm viscer̄ soluit: et opilationē aperit. et ad hoc etiā coadiuuat vinū. Tertius effect9 est q cerifoliū sedat vomitum et fluxū vētris. Cuius cā est q2 cū cerifoliū calidū est in tertio gradu et siccū ī scd̄o materiā illā digerit et exsiccat ex q̄ puenit vomit9. Et istd̄ maxie ver̄ est qn̄ vomit9 aut solutio ventris puenīt a materia frigida fleumatica. Et preter istos effect9 puocat vrinam et menstrua et soluit dolorem lateris renū et vesice et precipue datu3 cum mellicrato.

Enula campana reddit precordia sana
Cum succo rute si succus sumitur huius
Affirmant ruptis nil esse salubrius istis.

¶ Hic ponuntur duo effectus enule campane. Quor̄ prim9 est q enula campana cōfortat precordia. i. orificiū stomachi. pprie precordium dicitur siue mēbra spiritualia. id est mēbra anhelitus que vicina sunt cordi et specialiter radix eius. Qd̄ aūt cōfortet orificiū stomachi patet quia cu3 radix enule sit odorifera cōfortat mēbra neruosa. Orificiu3 autem stomachi membr̄ neruosum est. Quod autē confortet membra spiritualia patet quia vinum factum ex enula quod vocatur vinum enulatum mūdificat pectus et pulmonem/ vt vult Auic. secundo canōis. ca. de enula. Et enula etiam secundum ipsum ibidem deglutita cū melle adiuuat ad expuendu3 et est ex eis q̄ letificant et confortant cor. Secundus effectus ē q succus enule cum succo rute maxime valet ruptis. i. patientibus rupturam siue descensum intestinor̄ ad bursam testiculoru3 hoc maxime

quando ruptura est ppter ventositatem quia illam dissoluunt succus ru te z enule. Et preter istos effectus enula bona est stomacho malis hũo ribus repleto z aperit opilationes epatis z splenis/vt vult Rasis tertio almasoris. Et ꝯfert oib⁹ lesionib⁹ z doloribus frigidis z cōmotionibus ventositatum z inflationis scḋm Auic loco preallegato.

Cum vino coleram nigram potata repellit.
Sic dicunt veterem sumptum curare podagram.

¶ Hic ponunt duo effectus pulegij. Quorum primus est ꝙ pulegium z principaliter aqua eius sumpta cum vino purgat coleram nigram. Se cundus est ꝙ pulegium hꝫ ppꝛietatem curandi podagram veterem ex quo habet ppꝛietatem liquefaciendi z dissoluendi fleuma. ex quo poda gra sepius generari solet. Et circa istud est notandũ ꝙ vt dicit platear⁹ Pulegium est calidum z siccum in tertio gradu/ subtilem habet substā tiam/virtutem habet cōfortatiuam ex aromaticitate/aperitiuaꝫ ex sub= stantia z qualitatibus/attractiuā ex ignea substātia vel natura/ꝯsumpti uam ex calore z siccitate. Et solũ vinum decoctiōis eius valet cōtra do= lorem stomachi z intestinoꝝ ex frigiditate vel ventositate.

Illius succo crines retinere fluentes
Alitus asseritur dentisꝗ curare dolorem
Et squamas succus sanat cum melle perunctus

¶ Hic ponũtur tres effectus nasturcij. Quoꝝ pmus est ꝙ nasturciũ ha bet ppꝛietatē retinēdi crines defluentes. z hoc si caput vngat cuꝫ succo eius/vel si aqua vel succus ei⁹ bibat. Et hunc effectũ tangit Auic. scḋo canonis. ca. de nasturcio dicēs. Retinet capillos cadētes bibitũ z linitũ Secũdus eius effectus est ꝙ curat dolorem dentiũ. z hoc maxime ex cā frigida: qꝛ nasturciũ est incisiuum resolutiuum z calefactiuuꝫ/ vt patuit pus ibi. Cur moriat homo. Tertius effectus eius est ꝙ succus hꝫ ppꝛie tatem curandi squamas pelli adherētes qñ sumitur cum melle z ex eo linitur locus. Et causa est quia tales squame generant ex fleumate salso Nasturciũ autem vt pdictũ est oē fleuma purgat. z ergo p intus sum ptum prohibet causam squamaꝝ. z ab exterius linitũ sua abstersiōe eas abstergit. z maxime cum melle: qꝛ hoc etiam abstersiuum est: z sic iuuat abstersionem nasturcij. Et pter istos effectus nasturcium exsiccat putre dinem vacuitatis ventris: mundificat pulmonē/ z ꝯfert asmati z in me= dicinis asmatis ponitur ppter illud qḋ est in ipso de incisione z subtilia tione calefacit stomachũ z epar z cōfert grossiciei splenis z ppꝛie qñ ex eo fit emplastrum cum melle/z facit euomere coleram z educit eam so= lutione/augmentum efficit in coitu. z soluendo educit vermes z ꝓuocat menstrua/vt vult Auicen. secundo canonis loco preallegato.

Cecatis pullis hac lumina mater yrũdo
Plinius vt scribit ꝗuis sint eruta reddit.

¶ Hic ponit vnū notabile de celidonia. Et est q̄ qñ pulli yrūdinis exce cati fuerint: tūc mater affert celidoniā & cū ea fricat oculos pulli exceca ti: & sic visus restituit. Et p hoc dat innuere autor q̄ celidonia maxie cō fortat visum. Et istud etiam manifeste pz q2 ī medicinis valentibus cō tra debilitatē visus cōiter ponit. Et est celidonia herba nota glaucū ha bens succū. Causa aūt quare ipsi yrūdini data est ꝟtus cognoscendi ce lidoniā pluscꝫ alijs auib9 pōt esse ista q2 pulli yrūdinis sepius cecitatez patiunt q̄ꝫ pulli aliaꝝ auiū: q2 feces hyrūdinū hñt vīz excecatiuā oculo ruz & sepi9 patiūtur a fecib9 matꝝ. Et est sciēdū q̄ ꝟm Platearīū celido nia est calida & sicca in tertio gradu. Et ex q̄litatibus suis & substātia hꝫ ꝟtutē dissoluēdi ꝯsumēdi & attrahendi. Et radices ei9 trite & in vino de cocte valent ad purgandū caput & vuluā ab humore fracto & humido si patiens fumū per os recipiat & postea vinum gargariset.

Auribus infusus vermes succus necat eius
Cortex verrucas in aceto cocta resoluit.
Pomoꝝ succus flos partus destruit eius.

¶ Hic autor tria dicit de salice. Primū est q̄ succus salicis auri infusus interficit vermes auris. Et istud pōt ꝑuenire pp stipticitatem & exsicca tionem eius. Et est hic sciendum q̄ ꝟm auic. scdo canonis. ca. de salice. Nō est aliquid magis vtile q̄ꝫ succus folioꝝ eius in cura saniei q̄ currit ex aure. Scdꝫ ē q̄ cortex salicis. i. extrema pars ei9 in aceto ꝺcocta resol uit verrucas. auic. ꝟo loco pallegato dicit q̄ ei9 cinis eradicat verrucas linit9 cū aceto & istud est ꝑpter vehementē exsiccationem cineris eius. Pro deletione tñ verrucaꝝ nō est aliquid magis abscīdens verrucas q̄ꝫ fricatio portulace super verrucas. Et facit hoc portulaca sui ꝑprieta te & non qualitate scdm auic. scdo canonis cap̄. de portulaca. Tertiū est q̄ flos salicis & succus pomorum. i. fructuum eius nocent ꝑtui quia pro pter stipticitatem & exsiccationem eoꝝ reddunt partum difficilem.

Confortare crocus dicatur letificando saffron.
Membraq̄ꝫ defecta confortat epar reparando.

¶ Hic ponunt aliq̄ iuuamēta croci. quoꝝ p̄mū est q̄ crocus ꝯfortat cor p9 humanū letificādo. Et circa istud ē sciēdū q̄ crocus tātā ꝑpetatē hꝫ letificādi q̄ dat9 ī maiori q̄ꝫtitate q̄ꝫ ꝺbeat interficit letificādo siue riden do. Vñ dicit auic. scdo canōis. ca. de croco: q̄ tres aurei de ipso interfici unt letificādo. Et est aureū pōdus dragme vni9 & semis. Scdꝫ est q̄ cro cus cōfortat mēbra defecta & p̄ncipaliter cor. Cōfortat etiā stomachum pp suā stipticitatē & caliditatē. Et ꝑpter eandē cām etiā reparat epar & maxime pp stipticitatē q̄ nō pmittit dissolui epar. Nimius tñ vsus eius inducit nauseā & deijcit appetitū. Et istud innuit auic. loco pallegato di cēs. Ipe facit nauseā & deijcit appetitū ꝑpterea q̄ opposit9 ē acetositati q̄ est in stomacho ex q̄ est appetit9. Et p̄ter istos effect9. est faciēs somnū

et obtenebrans sensus et cū bibit in vino iebriat abstergit visuz et phibet fluxū ad ipm: facit anhelitū facilē et confortat instrumenta anhelitus excitat coitum et provocat vrinam vt vult auicen. loco preallegato.

Reddit fecunditas per mansum sepe puellas
Isto stillantem poteris retinere cruorem.

¶ Hic ponunt duo iuuamēta porri. Primū est qz porrū per mansum .i. p comestionē ei9 reddit puellas sepe fecundas. Cui9 ratio pōt esse. quia scdm auic. scdo canonis capitu. de porro confert coartationi matricis et duriciei q̄ est in ipsa que pñt esse impedimenta conceptionis. Scdm est qz porrum abscindit fluxum sanguinis nariū. Idem vult auic. loco preallegato et plures alij effectus eius dicti sunt prius ibi. Allea nux ruta.

Quod piper est nigrum nō est dissoluere pigrum
Fleumata purgabit digestiuamqz iuuabit
Lencopiper stomacho prodest tussisqz dolori
Utile preueniet motum febrisqz rigorem.

¶ Hic ponuntur multa iuuamēta piperis. Et primo tria piperis nigri/ Quoz primū est qz piper nigrum nō est pigrum in dissoluendo. id est resoluendo propter fortem eius caliditatem et siccitatem. est em̄ calidū et siccum in quarto. ¶ Secundū est qz purgat fleumata quia attrahit ex interiori corpore fleuma et ipsum cōsumit. similiter fleuma in pectore et stomacho inuiscatum remouet ipsuz calefaciendo subtiliando et dissoluendo. ¶ Tertiuz est qz ē iuuatiuuz digestiue. Et istud patet per Auicennā secundo canonis. ca. de pipere dicentem/ qz piper est digestiuuz faciens appetitum. Et istud maxime intelligendum est de pipere longo. quod ē magis cōueniens digestioni crudoz humorum q̄z album vel nigruz vt testatur gallienus q̄rto de regimine sanitatis capitulo. vij. ¶ Secundo ponit quinqz iuuamēta lencopiperis .i. piperis albi Quoz primuz est qz piper albū confortat stomachū. Et istud patet per Galienū loco pallegato dicentē: qz est confortās stomachū sup alia duo pipera. Et idē vult Auicēna scdo canōis. cap̄. de pipere dicēs. Et album magis conueniēs est stomacho: et vehementius confortat. ¶ Scdm est qz piper cōfert tussi: maxime ex materia frigida fleumatica/ quia illam calefacit dissoluit et incidit Et istud vult auic. loco preallegato dicens qz quando administratur piper in electuarijs est conueniens tussi ex doloribus pectoris. Tertium ē qz piper albū cōuenit dolori. Et pōt istud intelligi de dolore pectoris: sicut ex Auic. allegatū est. Uel de dolore ventoso Tali enim conuenit oē piper: qz oē piper sui caliditate carminatiuū est ventositatū et sic educit vētositates Auic. 2o loco pallegato dicit Piper albū et similiter longū conuenire in dolore ventris pungitiuo si bibatur cum melle: et folijs lauri recentibus. Quartum est qz vtiliter pōt p̄uenire motū febris .i. accessionem siue paroxismum febris et hoc febris frigide: quia in tali pipere ali

quo modo materiam calefacit et digerit. Quintum est q piper albū valz in rigore febriū. Cuius causa est qr piper sua caliditate cōfortat neruos et materiā sparsaz super eos ↄsumit. Et auic. dicit q fricādo fit inūctio ex ipso cum vnguento et confert rigori. Et ista iuuamēta ꝗnqꝫ etiā pūt cōuenire alijs gn̄ibus piperuz. vt ex auic. loco p̄allegato ptz. Et p̄ter istos effectus piper calefacit neruos et lacertos adeo q in hoc nō est aliud ei par: mūdificat pulmonē/ prouocat vrinam paucum de ipo: sed multū de ipso soluit ventrē et colligitur ex auic. loco p̄allegato. Et circa istud sciēdum est q triplex est piper. s. piper albū qd dicit leucopiper. piper lōgū qd dicit macropiper. et piper nigrum quod dicitur melācopiper. Piper album dicitur quod est viride multum humidum. Et quando illud est desiccatum aliqꝫtulum/ ita q apparet quedam discontinuatio inter ei9 partes: non tamen sit perfecte maturatum dicitur piper longū. Sed qn̄ est perfecte maturatum tunc dicitur piper nigrum.

Et mox post escam dormire nimisqꝫ moueri
Ista grauare solent auditus ebrietasqꝫ

¶ Hic tāgunt tria grauedinē audit9 iducētia. Primū est imediat9 somnus post cibū sumptū et hoc vsqꝫ ad repletionē cui9 cā pōt esse ista qr sōnus imediate post cibū sumptū facit idigestionē ciboꝝ. cibi aūt indigesti grossos ac idigestos fumos ꝓcreāt: q̄ sua grossicie meat9 audit9 opilāt: et etiā spūs auditiuos igrossant et ꝑturbāt. Scdm ē nimi9 motus post cibuz sumptū: qr talis etiā impedit digestionē et clausionē debitā orificij stomachi. Aliqui tn̄ textus loco nimis habent minus/ et tunc sensus est q nullus motus post cibum sumptum etiam grauat audituz. Cuius ratio est quia tūc orificium stomachi non ita facile clauditur: sicut per paucā deambulationē: q̄ cibi descendunt ad fundū stomachi. Jā stomacho nō exn̄te clauso/ fumi multi ascēdunt ad caput grauātes auditū. Tertiū est ebrietas quia ex ebrietate procreant fumi multi/ et vapores qui ascēdunt ad caput: et ad organū auditus spiritum eius ꝑturbantes: et auditū grauantes. Et non solum ebrietas inducit nocumentū auditui sed etiā visui: et omnibus sensibus ꝓpter eandē causam. vt etiā prius dictuz est. Auicēna vero quarta tertij. cap̄. secundo. de conseruatione sanitatis auris: etiam dat tria nocentia auribus et dicit. Ex eis quidem que nocēt auri et reliquis sensibus sunt fastidium et repletio et propriæ somnus super repletionem. ¶ Et est sciendum q aliqui textus adhuc habent vnū versum cōtinentem adhuc alia inducentia grauedinem auditus. Et est iste Balnea sol vomitus affert repletio clamor. quia ista inducunt etiā grauedinem auditus. maxime tamen tinnitum. quia dicit Auicen. quarta tertij. cap̄. de cura tinnitus. Oportet vt oēs ista vitent solem et balneum laboriosum et vomitum et clamorem et repletionem.

Metus: longa fames: vomitus: percussio: casus
Ebrietas: frigus: tinnitum causat in aure

